
NAZIONALE
BIBLIOTECA
VITT. EMANUELE
8
40 I
6
ROMA





Faſciculus Myrrhæ in quo uita Chriſti ſecun dum literam noui teſtamenti deſcribi / tur; concordata cum figuris & pro phetiis ueteris inſtrumenti cum nonnullis expo / ſitionibus ·

Cum gratia & priuilegio decemnali per totum regnum Neapolitanum·



Venerando patri·D.Ioanni Euangelistæ prio
ri monasterii·S.Seuerini de Neapoli dignissi
mo Vincentius congregationis Casinensis in
dignus monachus·S.

nuitatus ad sacras nuptias patris fami Luc.14.b.
I lias ad diuinarum scilicet studium lite
rarum uenerande pater: domini pręce
pti non immemor in primo nolui recumbere lo
co:at honoratioribus me ac dignioribus illum
relinquens:nouissimum in mensa sacræ legis re
cubitum tenui: in qua panem solidum qui per Heb.5. d.
fectorum cibus est: paratum cernens: illumq;
tanq̃ paruulus minime frangere ualẽs: sparsas Mat.15. c.
micas ac nonnulla quę superauerunt fragmen Io.6.b.
ta(ut meã famẽ satiarem)collegi. Sicq; meten Ruth.2.a.
tium in agro dominico terga sequens:ex spicis
quę de ipsoꝝ manibus fugiebant:hunc tantum
manipulum(ne uacuus ad aream redirem)con
texere laboraui. Nam in uinea domini consti/ Mat.20.a.
tutus haud potui robustissimos oparios:sacros
uidelicet ac peritissimos imitari doctores: qui
cœlestii imbuti doctrina ex abundantia sua mel
litos sapientię fauos fidelibus eructarũt.Sed cu
piens aliquid de mea penuria cum paupercula
in domini gazophylatium intromittere: libel Luc.21.a
lum hũc:in quo de Christi uita agit̃ ipso suffra

gante peregi: quem ex euangelicorum & antiquæ legis paginis nuper collectum: nec inmerito fasciculū myrrhæ uocari cupio: de quo in canticis

Can. 1. d. canticorum scribitur: Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi: inter ubera mea commorabitur. Qua propter o omnium amicorum optime omniq; honore & amore pariter prosequende: has qualescunq; lucubrationes tibi muneri mitto: tibiq; lubenter offero: tum q; sciam nihil abs te crebrius in manu sumi solere: auidiusq; lectitari q̄ scripta illa quæ de Christo loquuntur: tum quia te uerum dei cultorem esse omniumq; uirtutum sectatorem non ambigam. Lege igitur pauca hæc nostra: lege libenter obseruande pater: non quidem ut discas: magis autem ut corrigas. Tibi nanq; elimanda: castiganda: tuæq; incudi cudenda damus: ac tuo iudicio cuncta submittimus. Quamuis enim nouerim te in grauioribus quotidie uoluminibus uersari: altiloquisq; facultatibus occupari: has tamen pauperculas euoluere chartas non dedignaberis:

Heb. 5. d. quoniam & uiri qui solido nutriuntur cibo: quandoq; uescuntur pabulo paruulorum.

Vale.

e

Index capitulorum operis.

Repertorium omnium figurarū quæ in hoc uolumine continentur: in quo modus inueniendi ipsas figuras sub breui compendio demonstratur. Primum igitur series librorum qui in Biblia continentur in præsenti tabula describitur: deinde autem ad capitula nec non ad numerum paginarum ubi quælibet figura enucleatur lector diligens mittitur: quemadmodum illico subditur.

Ex libro Genesis.

E

Dixit ergo Iudas fratribus suis : Quid ꝑ
dest nobis si occiderimus fratrem no/
strum:& celauerimus eius sanguinem?
melius est ut uenundetur. cap.19 char.40

Tulerunt fratres Ioseph tunicam eius : &
in sanguine hædi quem occiderant : in
tinxerunt. cap.30 char.70

Instante autem partu apparuerunt gemi
ni in utero. cap.37 char.102

Erat autem Ioseph pulchra facie:& deco/
rus aspectu. cap.36 char.94

Traditus est ergo Ioseph in carcerem ubi
uincti regis custodiebantur:& erat ibi
clausus. cap.30 char.71

Protinus ad regis imperium eductum de
carcere Ioseph totunderunt. cap.32 char.80

Fecit Pharao Ioseph ascendere super cur/
rum suum secundũ clamante præcone. cap.10 char.20

Vertit Pharao nomen Ioseph & uocauit
eum lingua Aegiptiaca saluatorem
mundi. cap.3 char.11

Posuit Ioseph Effrain ad dexteram suam:
id est sinistram Israel : Manassen uero
in sinistra sua. cap.37 char.101

Simeon & leui fratres uasa iniquitatis bel
lantia:in consilium eorum non ueniat
anima mea. cap 17 char.50

b

Catulus leonis Iudas:ad prædã fili mi aſcendiſti:requieſcẽs accubuiſti ut leo. cap.32 char.80
Aſer pinguis panis eius: & præſtabit delicias regibus. cap.18 char.35
Neptalim ceruus emiſſus & dans eloquia pulchritudinis. cap.14 char.27

Ex libro Exodi.

Dixit Pharao rex Aegypti obſtetricibus Hebręorum:Quando obſtetricabitis Hebræas & partus tẽpus aduenerit: ſi maſculus fuerit interficite eum. cap.7 char.17
Quærebat Pharao occidere Moyſen qui fugiens de conſpectu eius moratus eſt in terra Madian. cap.6 char.16
Apparuit dominus Moyſi in flãma ignis de medio rubi. cap.1 char.6
Dixit domĩus ad Moyſen:Quid eſt q̃d tenes in manu tua?Reſpondit:uirga. cap.37 char.105
Dixit dominus ad Moyſen:Mitte manũ tuã in ſinum tuum:quam cum miſiſſet: protulit leproſam. cap.32 char.81
Dixit domĩus ad Moyſen: Vade & reuertere in Aegyptum : mortui enim ſunt omnes:qui quærebant aĩam tuam. cap.8 char.18
Proiecerunt ſinguli uirgas ſuas:quę uerſę ſunt in dracones. cap.31 char.72

uirgā & congrega populū tu & Aaron frater tuus & loquimini ad petram· cap·50 char·67

Fac serpentē æneū & pone eum pro signo, cap,26 char· 52

Si quis per odium percusserit inimi/cum suum: & ille mortuus fuerit: percussor homicidii reus erit. cap,29 char· 59

Ex libro de utero nomii.

Quasi prio genita tauri pulchritudo eius: cornua Rinocerotis cornua illius· cap·31 char· 73

Ex libro Iudicum·

Descendit ergo Samson in Thannata:ui·densq; ibi mulierē de filiabus philistim, adamauit eam cap·37 char,102

Dixerunt uiri Iudæ ad Samsonem: ligare te uenimus· cap·20 char· 43

Dormitauit autem Samson usq; ad mediū noctis:& inde consurgens apprehendit ambas portæ fores· cap.32 char· 79

Apprehendentes ergo philistei Samsonē: statim eruerunt oculos eius. cap·22 char·45

Multos ergo plures Samson īterfecit moriens:q̄ ante uiuus occiderat· cap,29 char, 59

Ex primo libro regum·

Fuit uir unus de Ramathaim & nomen ei9 Helchana:qui habuit duas uxores. cap·37 char,103

Factus est autem spiritus domini malus,

in Saul sedebatq; in domũ suam:& te nebat lanceam:porro Dauid psallebat· cap·30 char· 68

Ex libro regum secundo·

Porro Dauid ascendens cliuum oliuarũ: scandens & flens nudis pedibns incedens & cooperto capite· cap.25 char·49

Porro Achitofel uidens q non fuisset factum consilium suum:abiit in domum suam:& disposita domo sua suspendio interiit· cap· 23 char·46

Dixit itaq; Ioab ad Amasam:Salue mi frater:& tenuit manu dextra mentũ Amasæ quasi obsculans eum· cap·20 char:42

Ex tertio libro regum·

Sed & regia Sabba audita fama Salomonis in noie dñi uẽit tẽtare eum in ænigmatibus· cap.37 cha·104

Ingressa est regina Sabba Hierusalem multo cum comitatu & diuitiis: & uenit ad regem Salomonem· cap·35 char. 91

Respexit Helias:& ecce ad caput suũ subcinericius panis· cap·18 char· 37

Reuersus est angelus domini secũdo: &

tetigit Heliam dixitq; illi: Surge cõ/
mede. Grandis enim tibi restat uia. cap.12 char. 23

Ex libro regum quarto.

Cumq; ambo simul pergerent Helias sci-
licet & Heliseus: & incedentes sermoci
nerentur: Ecce currus igneus & equi
ignei diuiserunt utrunq;: & ascendit
Helias per turbinem in cœlum. cap.33 char. 86
Dixit Heliseus ad Giezi: Accige lumbos
tuos & tolle baculum meum in manu
tua: & uade. cap.1 char. 5
Accidit autem ut cum unus maceriem suc
cidisset: & caderet ferrũ securis in aquã. cap.32 char. 81

Ex libro Tobię.

Missus est angelus domini sanctus Ra/
phael ad Tobiã; & felle piscis curauit
oculos eius. cap.1 char. 4
Dixit angelus Raphael: Tẽpus est ut re
uertar ad eum: qui me misit. cap.33 char. 83

Ex libro Iudith.
Et abscidit Iudith caput Holofernis &
reuersa est Hierusalem. cap.35 char. 2

Ex libro Iob.

Egressus igitur Sathan a facie domini: percussit Iob ulcere pessimo. cap.29 char. 60

Ex libro prouerbiorum Salomonis.

Sapientia ædificauit sibi domum: excidit columnas septem. cap.18 char. 52

Tria sunt difficilia mihi: & quartũ quod penitus ignoro. cap.33 char. 85

Ex libro ecclesiastes.

Oritur Sol & occidit; & ad locum suum reuertitur. cap.33 char.84

Ex libro Hesaiæ.

Apprehendent septem mulieres uirum unum. cap.34 char.89

Ex libro Ezecchielis.

Omnem autem super quem uideris Tau ne occidatis. cap.31 char. 75

Porta hæc clausa erit & non aperietur; & uir non transibit per eam. cap.1 char. 6

Ex libro Danielis.

Abscissus est lapis de monte sine mãibus & percussit statuam. cap.2 char. 8

Ex libro Ionę·

Ex Mathæi euangelio·

Ex libro Apocalypsis·

Prologus.

Liber hic quem ex euangeliorum sylua & antiquæ legis codicibus (deo inspirante) collegi: Fasciculus myrrhæ nuncupatur: ubi amaritudines labores molestiæque Christi quas (dum fuit in terris) pertulit: memorantur: de quo in canticis canticorum scribitur: Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi inter ubera mea commorabitur. Vt igitur paucis absoluam: præsentis operis munus est testamentum nouum cum ueteri concordare: ut in medio duum animalium id est duorum testamentorum cognoscamus Christum & in ueteri instrumento fuisse promissum: & in nouo id quod de ipso prænunciatum fuit: extitisse completum. Quemadmodum satis congrue per illos duos cherubin qui in arcæ fœderis oraculo positi erant figuratum fuit: qui in utroque oraculi latere collocati: utrunque propiciatorii latus tegere: expansisque alis oraculum operire: necnon se mutuo uersis in propiciatorium uultibus respicere describuntur. Quid enim duo cherubin qui scientiæ plenitudo interpretãtur: nisi duo testamenta designant? Dum quod uetus de Christi incarnatione prophetando promittit: nouum per/

Can. 1. d.

Exo. 25. c.

fecte narrat impletum : qui bene se mutuo re/
spicere uersis in propiciatorium uultibus di
cuntur . Quoniam duo testamenta in atte/
statione ueritatis quam prædicant : in nullo
qnidem discrepant · Nam qd' unum promit
tit : alterum exhibet : in propiciatorium uero
1·Tim·2·b· hi duo cherubin intendunt : per qd' media/
tor dei & hominum homo Christus Iesus in
telligitur : de quo ait euangelista Ioannes :
1·Io.4· b· Misit deus filium suum propiciationem pro
peccatis nostris · Nam fides catholica san/
ctorum dictis & prophetalibus uaticiniis il/
lustranda & quodammodo differenda est : ut
ui sua instructa ac ductu rationis ornata
(Conditio nanq; humana ea credit uel quæ
uidet : uel quæ ratione dicuntur facta) po/
tentius ualentiusq; influat : Quoniam (ut
1·Cor·14·e· Paulus apostolus asseuerat) Prophetiæ fi/
delibus non infidelibus : signa uero infide
libus non fidelibus sunt · Multi enim ob scri
pturarum inscitiam in fide uacillant : iccir/
co dominus in euangelio Iudæis non creden
tibus dixit : Erratis nescientes scripturas : &
Mat.22· c· rursus : Scrutamini scripturas : illæ enim sunt
Io. 5· f· quæ testimonium perhibent de me · Qua
propter prophetarum hinc inde sparsa ora/
cula : ac per libros diffusa in unum collige

K

re & in corpus redigere: nouaq; priscis con cordare oraculis laboraui: nonnulla etiam sibyllarum uaticinia quæ de Christi quoq; aduentu mira cecinerunt: hic connectere libuit: quæ licet gentiles fuerint: ea tamen quæ de Christo scripsere: non iniuria a fidelibus legenda atq; approbanda sunt: quia ut in moralibus ait Gregorius: Redemptor noster sicut ad redemptionem Iudæorum & gentilium uenit: ita utrorunq; uocibus prophetari uoluit: ut per utrunq; populum diceretur: qui pro utroq; quandoq; pateretur. Nam contra eos qui sibyllina scripta uel damnant uel ficta esse aiunt: Lactantius Firmianus in quarto institutionum sic asserit: His testimoniis quidam reuicti: solent eo confugere: ut dicant non illa esse carmina Sibyllina: sed a nostris ficta atq; composita: qd' profecto non putabit: qui Ciceronem Varronemq; legerit aliosq; ueteres: qui Aerithræam sibyllam cœterasq; commemorant: ex quorum libris hæc exempla proferimus: qui aucthores obierunt: anteq̄ Christus secūdum carnem nasceretur. Augustinus etiam in libro de ciuitate dei sibyllas plane approbare uidetur: ubi de illis satis diffuse disputat: quarum oraculis pro fidei defensione com-

Gregorius.

Lactantius.

Augustin9.

pluribus utitur in locis · Quamobrem nemo quæ hic scripsimus lectitare ambigat · Nam nil aliud q̄ qđ sacrosancta narrat historia: apo stolicaq; probat ecclesia in horreo nostro recon dere studui: in quo uita Christi secundum lite/ram noui testamenti cum nonnullis expositio nibus describitur: concordata cum figuris & prophetiis ueteris instrumenti. Vbi multæ fi/guræ & prophetiæ describuntur de Christo: quæ de ipsius aduentu secundnm carnem in hunc mundum longe ante protestatæ sunt: quemadmodum per ordinem per distincta re/rum capita infra patebit · Vbi ex uno latere no ui testamenti: ex altero autem ueteris testimo/nia notantur · Si quid ergo in toto hoc opere erit: quod fortasse cum sancta nostra ecclesia omni e parte non consentiat: id & contra uolun tatem meam esse profiteor: & omnino emenda ri mutariq; cupio: ac me catholicæ ecclesiæ de/cretis subiicio.

Vincentii Flumarensis cœnobitæ ordinis . S. Benedicti congregationis Casinensis Fascicu lus myrrhæ de Christi uita concordata cum figuris & prophetiis ueteris testamenti.

De annunciatiõe Christi ad Mariam uirginē per Gabrielem archangelum. capi. i.

m issus est angelus Gabriel a deo in ci uitatē Galileæ:cui nomen Nazareth ad uirginem despõsatam uiro cui no men erat Ioseph de domo Dauid: & nomen uirginis Maria. Et ingressus angelus ad eam dixit:Aue gratia plena: dominus tecum: bene dicta tu in mulieribus. Quæ cum audisset tur bata est in sermone eius: & cogitabat qualis es set ista salutatio. Et ait angelus ei: Ne timeas Maria inuenisti enim gratiam apud deum: ec ce concipies in utero & paries filium & uoca/ bis nomen eius Iesum. Hic erit magnus & fili us altissimi uocabitur: & dabit illi dominus de us sedem Dauid patris eius: & regnabit in do mo Iacob in æternum: & regni eius non erit fi nis. Dixit autem Maria ad angelum: Quomo do fiet istud: quoniam uirum non cognosco? Et respondens angelus dixit ei: Spiritus san/ Luc. i. c.

ctus superueniet in te:& uirtus altissimi obumbrabit tibi: ideoq; & quod nascetur ex te sanctum: uocabitur filius dei. Et ecce Helisabeth cognata tua: & ipsa concepit filiū in senectute sua:& hic mensis est sextus illi quæ uocatur sterilis: quia non erit impossibile apud deum omne uerbum. Dixit autem Maria: Ecce ancilla domini: fiat mihi secundum uerbum tuum.

Figura prima.

Gen. 28 a. Vocauit Isaac Iacob & benedixit eum: præcepitq; ei dicens: Noli accipere coniugem de genere Chanaan: sed uade & proficiscere i Mesopotamiam Syriæ ad domum Bathuel patris matris tuæ:& accipe tibi inde uxorem de filiabus Laban auunculi tui.

Expositio figuræ & prohæmium cœterarum figurarum.

Quamuis prædicta Isaac uerba ad filium suum secundum historiam uera sint: & litera in hoc loco minime euacuari possit: tamen iuxta allegoriam ac spiritalem sensum intelligi debet: scriptum est enim:

2. cor. 3. b. Litera occidit; spiritus autem uiuificat. Nam

1. cor. 10. c.

omnia in figura contingebant illis: scripta sunt aūt ad correptionē nr̄am. Lex nāq; illa lapidea & lex tioris: quæ (ut apostolus ait) neminē ad pfectū duxit (nō enim iustificat homo ex opibus legis) pedagogus noui testamenti est & umbra futurorum. Hæc est enim Agar in seruitutem generans quæ seruit adhuc: id est uetus testamentum quod nouo deseruit & famulatur. Quicquid enim illi priori populo literaliter atq; historice cōtingebat: nobis spiritualiter scriptum fuit. Nam (ut idem apostolus refert) omnes patres nostri sub nube fuerūt hoc est sub figura & umbra: nos autē qui Christi sanguine redempti & sanctificati sumus: secundū Isaac promissionis filii sumus: nati de libera nō de ancilla: sub gratia uiuentes non sub lege. Eiiciamus ergo ancillam & filium eius: frangamus corticem huiusmodi literæ: ut manducemus fructum ipsius: desipiat caro ut sapiat spiritus: caro enim non prodest quicquam spiritus autem est qui uiuificat. Verba itaq; ista spiritus & uita sunt. Nam lex diuina (ut beatus Isidorus ait) triplici sentienda est modo: primo ut historice: secundo ut tropologice siue moraliter: tertio ut mystice uel allegorice: quarto (ut alii doctores uollunt) anagogice. Historice nanq;

Gal. 3. d.
Heb. 7. c.
Gal. 2. d.
Item. 5. d.
Item. 4. d.
1. cor. 10. a.
Gal. 4. c.
Isid. L. 1. d.
Sū. bo. c. 18.

iuxta literam : tropologice iuxta mora/
lem sententiam: mystice uero iuxta moralem
intelligentiam: anagogice autem iuxta futurũ
sensum. Ergo sic historice oportet fidem te/
nere: ut sacram scripturam & moraliter debea
mus interpretari: & spiritualiter intelligere:
quemadmodum istæ quatuor distinctiones in
telligendi scripturas: in hac dictione Hierusa
lem clarissime demostrantur. Hierusalé enim
secundum historicũ ac literalem sensum no/
men est ciuitatis. Tropologice typus est cuiusli
bet animæ fidelis. Allegorice figura est ecclesiæ
militantis. Anagogice uero typum & formam
gerit ecclesiæ triũphantis. In supradictis itaq;
uerbis Isaac ad filium suum magnum de Chri
sti incarnatione & humana salute latet archa/
num mirabileq; sacramentum. Quid est ergo
q; Isaac patriarcha magnus egregiusq; uates
& præscius futurorum noluit ut Iacob filius
suus de stirpe Chanaan uxorem duceret: sed
potius præcepit illi ut in Mesopotamiã Syriæ
ad domum Bathuel migraret: atq; inde sibi cõ
iugem copularet: nisi q; in his Isaac uerbis con
silium dei patris exprimitur de incarnatione fi/
lii sui? qui nequaq̃ de genere Chananeo car/
nem accepit: quemadmodum ipsa Hebraica uo
cabula mysterium istud satis uenuste declarãt.

Nam (ut beatus Gregorius super Ezechielem dicit) multum ualent Hebraica uerba ad my/ sterium interpretandum. Chanaan itaq; He/ braice possidens domum latine interpreta/ tur: & significat angelos qui in cœlesti do/ mo semper assistunt domino: de quibus per prophetam dicitur: Milia milium ministrabãt ei: & decies cẽtena milia assistebant ei. De quo rum genere noluit deus pater ut filius uxorem acciperet hoc est angelorum naturam: quem admodum apostolus ait: Nusq̃ angelos appre hẽdit sed semen Abrahæ: sicut eidem Abrahæ promissum fuit: In semine tuo benedicẽtur om nes gentes terræ. Mittitur ergo Iacob in Me/ sopothamiam quæ eleuata iterpretatur: Syria uero sublimis: & designant humanam naturã: quæ in incarnatione Christi eleuata & sublima ta fuit. Vnde Iacob non ad quemcunq; sed ad domum Bathuelis signanter destinatur a pa/ tre. Bathuel nanq; uirgo dei dicitur: sic Cristus ad Mariam uirginem uẽit: ubi accepit uxorem de filiabus Laban qui interpretatur candida/ tio: id est assumpsit carnẽ de purissimis & mun dissimis sanguinibus ipsius uirginis gloriosæ: de qua incarnari pro mundi salute & nasci di/ gnatus est. Tunc illud Dauidicum adimpletũ fuit: In sole posuit tabernaculum suum. Per so

Greg.
Dan. 7. c.
Heb. 2. d.
Gen. 22. d.
Psal. 18.

lé quippe frequēter in sacra scriptura ipsa diui
Diony. nitas designat: quēadmodū diuinus Dionysi
us testat dicens: Iste sol uisibilis est euidēs trini
Augu. tatis imago: quoniā (ut beat9 Augustius ait)
quēadmodū in sole sunt tria uidelicet essentia
solis splēdor & calor: ita ī deo sunt tres psonæ:
pater & filius & spiritus sanctus. Per taberna-
culū uero Christi hūanitas intelligit: quæ per
tabernaculū fęderis multipliciter figurata fuit
Heb. 9. a. (ut patet ad Hebreos per totum) & hoc qua-
druplicitcr ostenditur. Primo quia tabernacu-
lum fœderis fuit appellatum tabernaculum te
stimonii: ita christus in nostra humanitate na-
tus est ut testimonium perhiberet ueritati: ue
Io. 18. g. luti ipse testatus est dicens: Ego in hoc natus
sum & ad hoc ueni in mundum: ut testimoni-
um perhibeam ueritati. Secundo quia sicut il-
lud tabernaculum fuit unctum & consecratum
oleo unctiōis: sicut in libro Exodi patet: ubi sic
Exo. 40. a. legitur: Mense primo prima die mensis eriges
tabernaculum testimonii & omnia unctionis
oleo consecrabis: ut sint sancta sanctorum. Sic
Christus Iesus secūdum humanitatem fuit un
ctus. Christus nanq graece latine unctus dici-
Psal. 44. tur: de quo perhibet propheta dicens: Vnxit te
deus deus tuus oleo letitiæ præ consortibus tu
is: id est super omnes alias creaturas; quæ un-

ctio in sacra scriptura uocatur infusio spiritus
sancti: qui ab instanti conceptionis plenissime
datus fuit Christo: de quo dicit apostolus Pe- Act. 10. f.
trus: Quomodo unxit eum deus spiritu sancto
& uirtute. Tertio quia sicut tabernaculum fuit
diuina maiestate & gloria repletū: sicut scriptū
est: Operuit nubes tabernaculum testimonii: & Exo. 40. d.
gloria domini impleuit illud: sic Christi hūani
tas in istanti conceptionis suæ fuit gloria deita
tis repleta. Nā tunc fuit pfecte beatus quantū
ad aīam sicut est nunc ad dexteram patris: quo
niā (ut apostolus ait) i Christo cōplacuit oēm Colo. 1. c.
plenitudinē diuinitatis habitare. Quarto quia
sicut in illo tabernaculo fuerāt sancta sanctorū Exo. 40. b.
collocata: sic deus qui est sanctus sanctorū: & q
de se ipso ait: Estote sancti quoniā ego sanctus Leui. 19. a.
sū: In Christi hūanitate pfectissime habitauit: Item. 20. b.
sicut scriptū est: In quo sunt oēs thesauri sapiē Colo. 2. b.
tiæ & sciētiæ abscōditi: & i ipso ihabitat omnis
plenitudo diuinitatis corporaliter. Ex quibus
uerbis patet ꝙ Christi hūanitas conuenientissi
me dicit tabernaculū fœderis: quia in ea facta
fuit cōfęderatio & recōciliatio hūani gñris: quē
admodū apostolus ait: Delēs qđ aduersus nos Item ibi. c.
erat chirographū decreti qđ erat cōtrariū no
bis: & ipm tulit de medio affigēs illud cruci. Ex
cellētissime itaqꝫ dicit ppheta: In sole posuit ta

bernaculum suum hoc est humanitatem quam
ex uirgine dei filius sumpsit: in deitatem sup/
positauit: diuinitatiq; suæ uniuit ac inseparabi/
liter copulauit.

Figura secunda.

Tob. 3. d. Missus est angelus domini sanctus Rapha/
el ad Tobiam: & felle piscis curauit oculos
eius.

Expositio.

a ngelus Raphael qui medicina dei in/
terpretatur: & Tobiam ab oculo/
rum cæcitate liberauit: Christum Iesum desi/
Hesa. 9. b. gnat: qui magni consilii angelus & angelus te
Mala. 3. a. staměti dicitur: & medicina dei recte interpre
Mat. 9. b. tatur: qui de se ipso ait: Non est opus ualětibus
medicus sed male habentibus. Sicut igitur an/
gelus Raphael cæcum Tobiam sanauit: sic do
minus in mundum ueniens: ipsum mundum
hoc est humanū genus a cæcitate id est a pec
catorum caligine expurgauit: dum populum
Iudaicum a tenebris perfidiæ & gětilitatem ab
idolorum seruitute redemit.

Figura tertia.

Gen. 37. c. Dixit Iacob ad Ioseph filium suum: Fra/
tres tui pascunt oues in Sychimis: ueni mit/
tam te ad eos. Quo respondente: præsto sum:
ait: Vade & uide si cuncta prospera sunt erga
fratres tuos

fratres tuos & pecora: & renuncia mihi quid agat. Missus de ualle Ebron uenit in Syché.

Expositio.

P er Iacob qui filium suũ Ioseph præ omnibus dilectum ad fratres suos misit: ut illos uisitaret ac de illis curam gereret: deus pater intelligitur: qui filium suum unigenitũ in mundum misit: ut genus humanum peccatis lãguidum uisitaret: unde apostolus ait: Misit deus filium suum in similitudinem carnis peccati. Venit ergo Ioseph de ualle Ebron: quæ interpretatur uisio sempiterna: in Sychen: quæ labor dicitur: sic Christus ab illa cœlesti ciuitate Hierusalem id est ab illa sempiterna pacis uisione in Sychem hoc est in laborem uenit: qui dum fuit in mundo: semper in labore & in cruce fuit: similis nobis passibilis factus absq; peccato.

Ro. 8. a.

Heb. 4. d.

Figura quarta.

Et factum est uerbum domini ad Ionam secundo dicens: Surge & uade in Niniuen ciuitatem magnam: & prædica in ea prædicationem quã ego loquar ad te. Et surrexit Ionas & abiit in Niniuen iuxta uerbum domini.

Ion. 3. ã.

Expositio.

I onas qui columba pulcherrima interp̃tatur: mittitur ad Niniuen: quæ specio

sa dicitur: sic unigẽitus dei filius speciosus for/
ma præ filiis hominum: homo Christus Iesus
spiritu sancto plenus pro mundi salute ad mũ
dum mittitur: qui ex artificio creatoris secun/
dum græcam linguam cosmos id est orna/
mentum interpretatur. Ionas ergo qui colum
ba pulcherrima dicitur: recte Christum signi/
ficat: Niniue autem quæ speciosa interpreta/
tur mundum præfigurat: qui (ut dictum est)
græce cosmos id est ornamentum dicitur.

Figura quinta.

4. reg. 4. e. Dixit Heliseus ad Giezi puerum suum. Ac/
cinge lumbos tuos & tolle baculum meum in
manu tua: & uade.

Expositio.

c um dominus per Moisen legem morta
libus dedit: quasi per puerum baculum
misit. Sed puer per uirgam id est terrorem le/
Heb. 7. c. gis mortuum suscitare non ualet: quia lex ne/
Gal. z. d. minem ad perfectum duxit: non enim iustifi/
catur homo ex operibus legis. Veniens igitur
Heliseus qui deus meus saluator uel dei mei sa
lutare interpretatur: super cadauer sternitur:
huc & illuc deambulat: super mortuum septi/
es inspirat: sic a morte suscitatur & ad uitam re
ducitur puer. Quia licet dominus deus multos
prophetas multosq; iustos ac sanctos homines

in mundũ miserit:& legẽ primo secũdũ naturã ac deinde legem scriptã per Moisen dederit:tamen puer iste nunq̃ suscitari potuit. Quia nisi deus factus homo fuisset:nequaq̃ hõ p hominẽ aut p legẽ a morte aĩæ liberari potuisset: sed ueniẽs a regalibus thronis filius dei:q cũ in forma dei eẽt semetipsum exinaniuit formã serui accipiẽs:septies sup puerũ inspirauit:dũ hoĩbus in peccati morte iacentibus septiformẽ spiritus sancti gratiã ĩfudit. Sicq; is quẽ Giezi qui præruptum dicitur:baculo scilicet terroris uirga suscitare non potuit:per amorem spiritus per Heliseum:qui deus meus saluator dicitur:Christũ scilicet Iesum designans: puer ad uitam rediit. Phil.2. a.

Figura sexta.

Porta hæc clausa erit & non aperiet̃ & uir non transibit per eam:quoniã dominus deus Israel ingressus est per eam:eritq; clausa principi. Hez.44.a.

Expositio.

Per hãc portã cuius introitus tantũ dño reseruabat̃:Maria uirgo p̃spicue figuratur. Nã queadmodũ p portã illã nullũ hoĩum sed solũ dominũ ingredi pmittebat̃: ita uirgo Maria a uirili semĩe pẽitus ĩmunis dñm Iesum Christũ absq; pctĩ cõtagiõe cõcepit: de q̃ alibi dicit̃:Hort9 cõclusus fons signatus. Bene ergo porta clausa;hort9 cõclusus;fons signat9 Ma a Cant.4. d.

uirgo dicitur:quia uirgo concepit & uirgo pe/
perit ac uirgo semper pmansit·

Figura septima·

Exo·3· a· Apparuit dominus Moisi in flamma ignis de
medio rubi:& uidebat quod rubus arderet: &
non combureretur.

Expositio·

r ubus ille Mosaicus qui flammas emit
tebat & non comburebatur: Mariam
uirginem sine corruptione & ardore libidinis
concipientem:eandemq; parientem & dolorem
Hum·17·c· non sentiētem præfigurauit·Sic uirga Aaron
florida nec humectata ipsam concipientem &
Iudi.6. g· uirum nescientem designat·Illud quoq; Gedeo
nis uellus quod de carne tonsum & sine carnis
uulnere in area ponitur: & nunc quidem lana
nunc uero area rore perfunditur:carnē assum
ptam de carne uirginis absq; uirginitatis detri
mento significat·Quemadmodū hoc mysteriū
Psal·17· per psalmistā mirabiliter prædictū fuit: Descē
det sicut pluuia in uellus:& sicut stillicidia stil
lantia super terram·Vellus enim licet sit de cor
pore: tamen non sentit corporis passiones: ita
uirgo Maria in carne degens ab omni immun
dicia immunis fuit.Vellus itaq; Mariæ uirgini
tatem significat:pluuia autem deitatem: stillici
dia uero gratiarum abundantiam quæ fuit in

Maria designant. Dicit ergo propheta: Descendet sicut pluuia in uellus: hoc est descendet deus in uterum uirginis: quoniã sicut pluuia non inficit sed purificat uellus: ita Christus de uirgine nascens uirginalem pudicitiam non minuit sed sacrauit: quemadmodum scriptum est: Sãctificauit tabernaculum suum altissimus: & sicut stillicidia stillantia super terram. Quoniã de cœlo ueniens filius dei cum omnium gratiarum & cœlestium donorum affluentia in mundum uenit: quibus primum uirginem matrem impleuit: deinde totũ orbem donis cœlestibus & spiritalibus gratiis ditauit. Item. 45.

Prophetiæ de incarnatione Christi.

ecce uirgo concipiet & pariet filiũ & uocabitur nomen eius Emanuel. Butyrũ & mel comedet: ut sciat reprobare malum & eligere bonum. Hesa. 7. c.

Vsq; quo delitiis dissolueris filia uaga? quia creauit dominus nouum super terram: fœmina circundabit uirum. Hie. 31. d.

Expositio.

quid enim tam nouum tamq; stupendũ miraculum: q̃ Mariam uirginẽ sine ui/

rili commercio concepisse & absque dolore pe
Pro·31· a· perisse? Hæc igitur illa fortis & magna fœmi/
na est: quæ a uiro nunquam circundata fuit: sed ip/
sum uirum circundasse describitur: quæ Chri/
stum Iesum dei filium sancto obumbrante spi
ritu concepit & peperit·
Sap.18. c· Cum enim quietum silentium continerent
omnia: & nox in suo cursu medium iter habe/
ret: omnipotens sermo tuus domine exiliens de
cœlo a regalibus sedibus durus debellator in
mediam exterminii terram prosiliuit: gladius a
cutus insimulatum imperium tuum portans
& stans repleuit omnia morte: & usque in cœlum
attingebat stans in terra·
Psal·18· In sole posuit tabernaculum suum: & ipse tanquam
sponsus procedens de thalamo suo. Exulta/
uit ut gigas ad currendam uiam; a summo cœ
lo egressio eius·

Item·17. Inclinauit cœlos & descendit·

De natiuitate Christi
cap·ii.

Luc·2· d· e xiit ædictum a Cæsare Augusto: ut
describeretur uniuersus orbis· Hæc

descriptio prima facta est a præside Syriæ Cyrino. Et ibant omnes ut profiterētur singu li in suam ciuitatem. Ascendit autem Ioseph a Galilea de ciuitate Nazareth in Iudæam ciui tatem Dauid: quæ uocatur Bethleem: eo ꝙ es set de domo & familia Dauid: ut profiteretur cum Maria desponsata sibi uxore prægnante. Factum est autem cum essent ibi: impleti sunt dies ut pareret & peperit filium suum primo genitum: & pannis eum inuoluit & reclinauit eum in præsepio: quia nō erat ei locus in diuer sorio. Et pastores erant in regione eadem uigi lantes & custodientes uigilias noctis super gregem suū. Et ecce angelus domini stetit iux ta illos: & claritas dei circūfulsit illos: & timue runt timore magno: & dixit illis angelus: Noli te timere: ecce enim euāgelizo uobis gaudium magnū quod erit omni populo: quia natus est uobis hodie saluator: qui est Christus domi nus in ciuitate Dauid: & hoc uobis signum: in uenietis infantem pannis inuolutum & positū in præsepio. Et subito facta est cū angelo mul titudo militiæ Cœlestis laudantium deum & dicētium: Gloria in excelsis deo: & in terra pax hoībus bonæ uolūtatis. Et factū est ut discesse rūt ab eis angeli ī cœlū: pastores loqbant̄ ad in uicē: Transeamus usq; Bethleē: & uideam⁹ hoc

uerbum quod factum est: quod fecit dominus & ostendit nobis. Et uenerunt festinantes & inuenerũt Mariam & Ioseph & infantem positũ in præsepio. Videntes autem cognouerunt de uerbo: quod dictum erat illis de puero hoc: & omnes qui audierunt: mirati sunt de his quæ dicta erant a pastoribus ad ipsos. Maria autem conseruabat omnia uerba hæc cõferens in corde suo. Et reuersi sunt pastores glorificantes & laudantes deum in omnibus quæ audierant & uiderant; sicut dictum est ad illos.

Figura.

Dan.2. e. Abscissus est lapis de monte sine manibus: & percussit statuam in pedibus eius ferreis & fictilibus: & cominuit eos.

Expositio.

Per hunc lapidem de monte sine manibus abscissum: dominum nostrum Iesum Christum intelligimus: de quo alibi scriptura dicit:
Psal.117. Lapidem quem reprobauerunt ædificantes: hic factus est in caput anguli. Qui lapis sine manibus de monte abscissus dicitur: dominum scilicet designans: qui absq; coitu & humano semine de utero uirginali egrediens: cõtritis omnibus regnis: ac uniuersis erroribus deletis quibus humanum deludebatur genus:
Ioan.3. d. creuit; sicut scriptum est; Illum oportet crescere; me

re; me

reime autē minui. Factusq; est mons magnus & impleuit uniuersam terram.

Ante q̄ parturiret peperit. Anteq̄ ueniret par/tus eius: peperit masculum. Hesa. 66. b.

Expositio.

p arturio idem est quod in partu laboro. Beata itaq; uirgo Maria anteq̄ partus dolorem sentiret peperit: quia sicut uirgo con/cepit: ita sine dolore peperit.

Verbum domini consumans & abbreuians in æquitate: quia uerbum breuiatum faciet domi/nus super terram. Rom. 9. f. Hesa. 10. f.

Expositio.

d eus scilicet pater faciet super terrā uer/bum breuiatum id est incarnatū: quia filius dei exinaniuit semet ipsum formam serui accipiens. Dicitur autem exinanitū uel breuia/tum: non q aliquid subtractum sit plenitudini uel magnitudini diuinitatis ipsius: sed q no/stram exilitatem suscepit. Phil. 2. a.

Nisi dominus exercituum reliquisset nobis se/men: quasi Sodoma fuissemus: & quasi Gomor ra similes essemus. Hes. 1. c.

Expositio.

s emen id est Christus de quo semine ad Abraam dictū fuit: In semine tuo bene/dicentur omnes tribus terræ quod est Christus Gen. 22. c.

Item·3· c. & rursus scriptura ait: Inimicitias ponā inter te & mulierem: & semen tuum & semen illius: qđ semen Christus est de uirgine natus·

Hesa·9· b. Paruulus enim natus est nobis & filius datus est nobis. Et factus est principatus super hu/merum eius· Et uocabitur nomen eius admira bilis cōsiliarius: deus fortis: pater futuri sæculi: princeps pacis· Multiplicabit eius imperiū: & pacis non erit finis· Super solium Dauid & su per regnum eius sedebit: ut confirmet illud & corroboret in iudicio & iustitia a modo & usq; in sempiternum. Zelus domini exercituum fa ciet hoc.

Gal·4· a· At ubi uenit plenitudo temporis: misit deus fili um suum factum ex muliere: factum sub lege: ut eos qui sub lege erant redimeret: ut adoptio nem filiorum reciperemus·

Hesa·11· a· Egredietur uirga de radice Iessæ: & flos de ra dice eius ascendet: & requiescet super eum spiri tus domini·

Psal·131· Iurauit dominus Dauid ueritatem: & non fru strabitur eum. De fructu uētris tui ponam su per sedem tuam·

Item.86. Nunquid Sion dicet homo: & homo natus est in ea: & ipse fundauit eam altissimus·

Item·45· Dominus uirtutū nobiscum susceptor noster deus Iacob.

Veritas de terra orta est: & iustitia de cœlo pro spexit. Item.84.

Notum fecit dominus salutare suum: in cōspe/ctu gentium reuelauit iustitiam suam. Vide/runt omnes fines terræ salutare dei nostri. Item.97.

Cognouit bos possessorem suum & asinus præsepe domini sui. Israel autem me non cognouit & populus meus non intellexit. Hesa.1. a.

Ecce bestia conculcaberis: & gignetur domi/nus in orbem terrarum: & gremiū uirginis erit salus gentiū. & pedes eius in ualitudine oīum. Sibylla Persica.1.

Ecce ueniet dies: & illuminabit dominus con/densa tenebrarum: & soluentur nexus synagogæ: & desinent labia hominum: & uidebunt regem uenientē: tenebit illum in gremio uirgo domina gentium: & regnabit in misericordia: & uterus matris eius erit statua gentium. Sibylla Libyca.2.

Nascetur propheta absq; matris coitu: ex uirgine deus. Sibylla Delphica.3.

In prima facie uirginis ascendit puella pul/chra facie: perplexa capillis sedens super sedem stratam: dans ei ad comedendum ius propriū id est lac de cœlo missum. Sibylla Cumæa.4.

In ultima autem ætate humiliabit deus: & hūanabit proles diuina. Iungetur hūanitati diuini/tas. Iacebit in fœno agnus: & officio puellari educabit deus & homo. Signa præcedēt apud Sibylla Erythræa.5

Apellas· Mulier uẽuſtiſſima puerum præſciū
concipiet·Bootes orbis mirabitur:ducatū præ
ſtabit ad ortum·

Sibylla Ecce ueniet diues:& naſcetur de paupercula: &
Samia· 6. beſtiæ terrarum adorabunt eum & dicent:Lau
date eum in atriis cœlorum.

Sibylla De excelſo cœlorum habitaculo proſpexit de/
Helleſpon/ us humiles ſuos : & naſcetur in diebus nouiſſi
tica·7· mis de uirgine Hebræa in cunalibus terræ·

Sibylla Flagellabit deus potentes terræ·Ex olympo ex
Phrygia· 8. celſus ueniet : & firmabitur conſilium in cœlo:
& annunciabitur uirgo in uallibus deſerto /
rum.

Sibylla Naſcetur Chriſtus in Bethleem:& annunciabi
Tyburti// tur in Nazareth rex : tauro pacifico fundatore
na·9· quietis · O felix mater cuius ubera illum lacta
bunt·

Sibylla Veniet ille & tranſibit montes & colles & lati/
Europea·10 ces ſyluarum olympi· Regnabit in paupertate
& dominabitur in cœlo: & egredietur de utero
uirginis.

Sibylla Inuiſibile uerbum palpabitur : & germinabit
Agrippa·11· ut radix:& ſiccabitur ut folium:& non appare
bit uenuſtitas eius:& circūdabit eum aluus ma
ternus : & flebit deus lætitia ſempiterna : & ab
hominibus conculcabitur:& naſcetur ex matre
deus ; & conuerſabitur ut peccator·

Inuenitur (ut scribit Singibertus) in Romãorum historiis: qđ tempore Constantini Augusti & Hirenæ matris eius inuentum fuit sepulchrum quoddam: in quo iacebat homo habens auream laminam in pectore: in qua scriptum erat: Christus nascetur ex uirgine: & credo in eum. O sol sub Hirenæ & Constantini tẽporibus iterum me uidebis. Singisber.

De circuncisione domini & nomine Iesu. cap. iii.

Postq̃ consumati sunt dies octo ut circũcideretur puer: uocatum est nomen eius Iesus: quod uocatum est ab angelo priusq̃ in utero conciperetur. Luc. 2. c.

Hoc est pactum meum quod obseruabitis inter me & uos: & semen tuum post te: Circũcidetur ex uobis omne masculinum: & circumcidetis carnem præpucii uestri: ut sit in signum fœderis inter me & uos. Infans octo dierum circumcidetur in uobis. Gen. 17. b.

Expositio.

Circumcisio in ueteri lege erat necessaria ad salutem: sicut baptismus Christi in lege gratiæ. Ideo dominus ut impleret omnem Mat. 3. c.

iustitiam licet circūcisione non indigeret: quippe qui nūq̄ peccati labe pollutus fuit: tamen ne cām scandali & murmuris præberet Iudæis: etiā ipse q ab omni pctō īmunis fuit: circūcidi dignatus est. Figura.

Gen. 41. f. Vertitq; Pharao nomen Ioseph & uocauit eū lingua Aegyptiaca saluatorem mundi.

Expositio.

e o ꝙ Ioseph sua prouidentia Aegyptū a fame septem annorum eripuit: illū Pharao saluatorē mundi appellauit. In quo Christi similitudinē gessit: qui tanq̄ uerus & præcipu9 mūdi saluator nō solū Aegyptū ueꝝ etiā uniuersum mundū ab æterna famē id est a morte perpetua & inferni cruciatibus liberauit.

Hesa. 8. a. Sume tibi librum grandem: & scribe in eo stilo hoīs: uelociter spolia: detrahe: cito prædare: & īfra: Voca nomen eius: accelera: spolia: detrahe: festina prædari.

Expositio.

n omen Christi accelera: spolia: detrahe: festina: prædari: merito & ualde cō ueni enter dicitur: quasi humanum genus ingemiscens ad deum diceret: Ne patiaris domine diabolum amplius regnare super nos: ac ipsius insidiis genus humanum illudi: neq; pro nostra consolatione angelos aut prophetas uelis ad

nos mittere:sed accelera idest tu ipse ueias: spolia scilicet infernum denuda: detrahe hoc est morde infernum:& inde tuos fideles tua potentia detrahe:festina prædari:id est captiuam re/duc captiuitatem sanctos uidelicet prophetas & reliquos iustos:qui in inferni carcere intrusi detinentur. Psal.65.

Propter quod & deus exaltauit illum & dona/uit illi nomen quod est super omne nomen: ut in nomine Iesu omne genu flectatur:cœlestiũ terrestrium & infernorum. Phil.2. b.

Hic est lapis qui reprobatus est a uobis ædifi/cantibus:qui factus est in caput anguli: & non est in alio aliquo salus:nec enim aliud nomen est sub cœlo datum hominibus in quo oporte/at nos saluos fieri. Act.4. b.

Ecce nomen domini uenit de longinquo:ardẽs furor eius:& grauis ad portandum. Labia eius repleta sunt indignatione:& lingua eius quasi ignis deuorans. Hesa.30. f.

Oleum effusum nomen tuum. Ideo adolescentulæ dilexerunt te nimis. Cant.1. a.

Nomen tuum & memoriale tuum in desiderio animæ. Anima mea desiderabit te in nocte. Sed & spiritus meus in præcordiis meis. De mane uigilabo ad te. Cum feceris iudicia tua in terras iustitiam discent habitatores orbis. Hesa.26. b.

Idem·9· b· Et uocabitur nomen eius admirabilis consilia/
rius: deus fortis: pater futuri sæculi: princeps
pacis.
Aba·3· d· Ego autem in domio gaudebo: & exultabo in
deo Iesu meo·
Hesa· 61· a· Et uidebunt gentes iustum tuum: & cuncti re
ges inclytum tuum· Et uocabitur tibi nomen
nouum: quod os domini nominauit·

De Epiphania id est manifesta
tione domini· cap·iiii·

Mat·2· a· Cum natus esset Iesus in Bethleem Iu
dæ in diebus Herodis regis· Ecce Ma/
gi ab oriente uenerũt Hierosolymam
dicẽtes: Vbi est qui natus est rex Iudæorum?
Vidimus enim stellam eius in oriente: & ueni/
mus adorare eum· Audiens autem Herodes
rex turbatus est & omnis Hierosolyma cum il
lo· Et congregans omnes principes sacerdotũ
& scribas populi sciscitabatur ab eis: ubi Cri/
stus nasceretur· At illi dixerũt ei: In Bethleem
Iudæ· Sic enim scriptum est per prophetã: Et
Mich.5· a. tu Bethleem terra Iuda nequaq̃ minima es in
principibus Iuda: ex te enim exiet dux: qui re/
gat populum meum Israel, Tunc Herodes clã
uocatis

uocatis Magis diligenter didicit ab eis tem/
pus stellæ:quæ apparuit eis : & mittés illos in
Bethleem dixit:Ite & interrogate diligenter de
puero:& cum inueneritis : renunciate mihi : ut
& ego ueniens adorem eũ · Qui cum audissent
regem : abierunt : & ecce stella quam uiderant
in oriente antecedebat eos:usq; dum ueniés sta
ret supra ubi erat puer. Videntes autem stellã
gauisi sunt gaudio magno ualde : & intrantes
domum inuenerunt puerum cum Maria ma/
tre eius : & procidentes adorauerunt eum : &
apertis thesauris suis obtulerunt ei munera : au
rum thus & myrrham·Et responso accepto in
somnis ne redirent ad Herodem per aliam uiã
reuersi sunt in regionem suam.

Et tu Bethleem Effrata paruulus es in milibus Mich·5· a;
Iuda :ex te mihi egredietur qui sit domiator in
Israel·Et egressus eius ab inicio a diebus æter/
nitatis·

Orietur stella ex Iacob:& consurget uirga de Nũ·24· c·
Israel:& percutiet duces Moab uastabitq; om
nes filios Seth:& erit Idumæa possessio eius·

S urge illũinare Hierusalẽ, qa uenit lu Hesa ·60·a·
men tuum:& gloria dñi sup te orta est·
Quia ecce tenebræ operiét terram & caligo po
pulos:Super te autem orietur dominus: & glo
ria eius in te uidebitur;& ambulabunt gẽtes in

lumine tuo:& reges in splendore ortus tui·Leua in circuitu oculos tuos & uide: omnes isti congregati sunt:uenerunt tibi· Filii tui de longe uenient:& filiæ tuæ de latere surgent. Tunc uidebis & afflues & mirabitur & dilatabitur cor tuum:quando conuersa fuerit ad te multitudo maris fortitudo gentium uenerit tibi:inundatio camelorū operiet te:Dromedarii Madian & Epha· Omnes de Sabba uenient: aurum & thus deferentes; & laudem domino annunciantes·

Psal·71· Coram illo procidēt Aethiopes:& inimici eius terram lingent· Reges Tharsis & insulæ munera offerent:reges Arabum & Saba dona adducent·Et uiuet & dabitur ei de auro Arabiæ: & adorabunt de ipso semper:tota die benedicent ei·

Expositio·

haec uerba psalmistæ ad literā de tribus Magis intelliguntur:qui ex oriētis partibus ad adorandum Christū uenientes:intrantes domum ;uelut euangelista testatur:Et inue- Mat·2·b·
nientes puerum cum Maria matre eius procidentes adorauerunt eum:quemadmodum pro-
Psal·71· pheta prædixit dicens ; Coram illo procident

Aethiopes hoc est Magi: & inimici eius terrā: lingent: id est gentes: de quibus Hesaias ait: Hesa.60.c. Adorabūt uestigia pedum tuorum omnes qui detrahebant tibi. Sequit̃ in euangelio: Et apertis thesauris suis obtulerunt ei munera: aurum thus & myrram. Ex quibus uerbis patet ꝙ cognouerunt Magi Christi diuinitatem per diuinam reuelationem. Cum enim uiderent puerum pannis uilibus inuolutum: in gremio pauperis matris positum: nullum regiæ dignitatis signum habentem: non est uerisimile quod talem reuerentiam ei exhibuissent: nisi in eo aliquid supra hominem cognouissent: & hoc est quod dicitur. Et procidentes adorauerunt eum adoratione scilicet latriæ: quod etiam suis mysticis muneribus protestati sunt. In auro enim crediderunt in Christo regiam potestatem: quoniam ipse est rex regum Apo.19. c. & dominus dominantium: in thure diuinam maiestatem: in myrrha humanam mortalitatem. Quoniam aurum regi ad tributum offertur: thus ad honorem diuinum in altari crematur: myrrha uero ad sepulturam pertinet mortuoꝝ. Ista tria munera singuli obtulerunt: hoc est un9qsqꝫ hec tria: quoniā sic cōgruit mysterio. Nam oīs uere christianus Christū deū

regem & uere passum profitetur. In thure etiã oblato confunditur Arrius: qui soli patri sacri/ficandum esse contendit: In myrrha uero Ma/nicheus reprobatur: qui Christum mortuum non credit: In auro autem uterq; confunditur: quia & Manicheus de semine Dauid Christũ regem natum non credit: & Arrius solam ei ser/uitutem & humanitatem ascribit. Hæc itaq; do na Magi Christo obtulerunt: primum quia (ut dictum est) mysterium fuit: deinde quoniam (ut fertur) omnes reges Persarum semper cũ muneribus solent adorare: & de talibus rebus faciunt munera & exenia reges Arabum: quo more sancti Magi hæc dona Christo domino mystice obtulerunt. Nomina autem istorũ tri/um Magorum secundum Hebraicam linguã hæc sunt: Apellius qui interpretatur fidelis: & significat cõtritionis fidẽ quæ iustificat. Ame rus: qui humilis dicitur: & designat confessio/nem. Damasius qui misericors: & significat sa/tisfactionem: quæ per opera misericordiæ fit. Item græce: Magalaath: qui interpretatur nũ/cius: & significat prædicationem quæ est nun cius domini: Galgalath deuotus: Sarachin gra tiosus. Latine autem Gaspar: Balthasar: Mel/chior: hi tres Magi qui primitiæ credentium ex gentibus fuerunt: significant populum gen

tilem ex tribus Noe filiis procreatum ad fidem Christi currenté:quemadmodum per prophe/ tam de gentium uocatione prædictũ fuit: Om nes gentes quascumq; fecisti:uenient & adora/ bunt coram te domine:& glorificabunt nomen tuum: Et illud: Et adorabunt eum om/ nes reges:omnes gentes seruient ei: Et iterum: Et benedicentur in ipso omnes tribus terræ: omnes gentes magnificabunt eum.

Psal ..58

Item.71.

ibi.

De oblatione Christi in templo. cap.v.

p Ostq̃ impleti sunt dies purgatióis Ma riæ secundum legem Moisi:tulerunt Ie sum in Hierusalem:ut sisterent eum do mino:sicut scriptum est in lege domini. Quia omne masculinum ad aperiens uuluam:sanctũ domino uocabitur:& ut darent hostiam secun dum quod dictum est in lege domini: par tur/ turum aut duos pullos columbarum. Et ecce homo erat in Hierusalem:cui nomen Symeon: & homo iste iustus & timoratus expectans con solatióem Israel: & spiritus sanctus erat in eo: & responsum acceperat a spiritu sancto nõ ui/ surum se mortem:nisi prius uideret Christum

Luc.2. c.

Exo.34.c.

dñi:& uenit in spiritu in templũ. Et cũ induce
rēt puerǫ Iesum parētes eius: ut facerēt secũdũ
cõsuetudinem legis pro eo: & ipse accepit eũ
in ulnas suas: & benedixit deum & dixit: Nunc
dimittis seruum tuum domine secundum uer/
bum tuum in pace. Quia uiderunt oculi mei sa
lutare tuum. Quod parasti ante faciem omniũ
populorum. Lumen ad reuelatiõem gentium:
& gloriã plebis tuæ Israel. Et erant pater eius
& mater eius mirantes super iis quæ diceban/
tur de illõ. Et benedixit illis Symeon & dixit
ad Mariam matrem eius: Ecce positus est hic
in ruinam: & in resurrectiõem multorum in Is
rael: & in signum cui contradicetur: Et tuam ip
sius animam pertransibit gladius: ut reuelent
ex multis cordibus cogitationes. Et erat Anna
prophetissa filia Phanuel de tribu Asser: &
hæc processerat in diebus multis: & uixerat cũ
uiro suo annis septem a uirginitate sua. Et hæc
uidua erat usq; ad annos octoginta quatuor:
quæ non discedebat de templo ieiuniis & obse/
cratiõibus seruiēs deo nocte ac die. Et hæc ipsa
hora superueniens confitebatur domino: & lo/
quebatur de illo omnibus qui expectabant re/
demptionem Israel. Et ut perfecerunt omnia
secũdum legem domini: reuersi sunt in Galilæ
am in ciuitatem suam Nazareth. Puer autē cre

ſcebat & cõfortabatur plenus ſapientia: & gratia dei erat in illo.

Ecce ego mitto angelum meum & præparabit uiam ante faciem meam: & ſtatim ueniet ad tẽplum ſanctum ſuum dominator quem uos quæritis: & angelus teſtamenti quem uos uultis. Mal.3. a.

Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi: inter ubera mea commorabitur. Cant.1. d.

Suſcepimus deus miſericordiam tuam in medio templi tui. Pſal.47.

De fuga domini in Aegyptum. cap.vi.

um ergo Magi receſſiſſent: ecce ange/ Mat.2. c.
c lus domini apparuit in ſomnis Ioſeph dicens: Surge & accipe puerum & matrem eius & fuge in Aegyptum: & eſto ibi uſq; dum dicam tibi: futurum eſt enim ut Herodes quærat puerum ad perdendum eum. Qui conſurgens accepit puerum & matrem eius nocte: & ſeceſſit in Aegyptum: & erat ibi uſq; ad obitum Herodis; ut adimpleretur quod dictum

Ose·11· a· est a domio per prophetam dicētem: Ex Aegypto uocaui filium meum·

Figura prima·

Gen·27·g. Vocauit Rebecca Iacob filium suum & dixit ad eum: Ecce Esau frater tuus minatur ut occidat te: nunc ergo fili mi audi uocem meam: & consurgens fuge ad Laban fratrē meū in Arā: habitabisq; cum eo dies paucos: donec requiescat furor fratris tui: & cesset indignatio eius·

Expositio·

s icut enim Iacob relicta patria ad exter/nas nationes fugit: ita Christus fugit in Aegyptum a facie Herodis· Et quemadmo
Gen·27·e· dum Esau inuidebat Iacob: ac eū occidere mo
ibi·f· liebatur propter benedictionem & primogenita quæ dei dispensatione sibi usurpauerat: sic Herodes audiens Christi natiuitatem: timens ne regnum IudϾæ sibi uendicasset: illum interficere satagebat·

Figura secunda·

Exo·2. c· Quærebat Pharao occidere Moisen: qui fugiens de conspectu eius moratus est in terra Madian·

Expositio·

m oises quippe qui ad esteras partes profugit a Pharaonis conspectu: timens ne occideretur ab eo; Christi fugam ab Herodis

facie in

facie in Aegyptum exprimit. Hoc quoq; aperte designans: q̧ Iudæa propter eius incredulitatem relinquenda esset a Christo: & gẽtilitas ad fidem & gratiam Christi uocanda.

De sanctorum innocẽtum occisione. cap. vii.

t unc Herodes uidens quoniam illusus esset a Magis: iratus est ualde: & mittẽs occidit omnes pueros: qui erant in Bethleẽ: & in omnibus finibus eius a bimatu & infra: secundum tempus quod exquisierat a Magis. Tunc impletũ est quod dictũ est per Hieremiam prohetam dicentem: Vox in rama audita est ploratus & ululatus multus: Rachel plorans filios suos & noluit consolari quia non sunt. Mat. 2. c. Hie. 3. c.

u idi supra montem Agnũ stantem: & cũ eo centum quadraginta quatuor milia habentes nomen eius: & nomen patris eius scriptum in frontibus suis. Et audiui uocem de cœlo tanq̃ uocem aquarum multarum: & tanq̃ uocem tonitrui magni: & uocem quam audiui sicut citharœdorum citharizantium in citharis suis. Et cantabant quasi canticum nouum Apoc. 14. a.

ante sedem dei & agni & ante quatuor animalia & seniores. Et nemo poterat dicere canticum nisi illa centum quadraginta quatuor milia qui empti sunt de terra. Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati: uirgines enim sunt. Hi sequuntur agnum quocunq; ierit. Hi empti sunt ex omnibus primitiæ deo & agno: & in ore eorum non est inuentum mendacium: sine macula enim sunt ante thronum dei.

Figura.

Eso. c. Dixit Pharao rex Aegypti obstetricibus Hebræorum. Quādo obstetricabitis Hebræas: & partus tempus aduenerit: si masculus fuerit: interficite eum.

Expositio.

u idens Pharao rex immanissimus filios Israel nimium multiplicari in terra Aegypti: metuens ne contra eum insultarent: & bellum mouerent: regnumq; eius tollerēt: præcepit obstetricibus Aegyptiacis & omni populo suo: ut partus tempore omnes mares qui de Iudæorum prole nascebantur nemine excepto necare deberent. At Moises diuina protegente clementia ereptus fuit: per quem postea dominus ipsum Pharaonem cum omni exercitu suo in mari rubro demersit: filios uero Israel ab

Aegyptiaca seruitute liberauit. Sic Herodes crudelissimus rex timens ne Cristus regnum suum eripet: omnes pueros in Bethleē Iuda: ut cum eis Christum quoq; occideret: immaniter necari fecit: sed Christus a puerornm excidio saluatur: qui & ipsum Herodem perpetuo destinauit incendio: & credentes sibi populos ab inferni horrore & diabolica seruitute eripuit.

u ox in excelso audita est lamentationis luctus & fletus: Rachel plorātis filios suos & nolētis cōsolari sup eos: qa non sunt. Hie.31.c

Ex ore infantium deus: & lactentiū perfecisti laudem propter inimicos tuos; ut destruas inimicum & ultorem. Psal.8.

Innocentes & recti adhæserunt mihi. Item.24.

Lauabo inter inocentes manus meas. Item.25.

Laudate pueri dominū: laudate nomen dñi. Item.112.

Sinite paruulos uenire ad me: & ne prohibeatis eos. Taliū est enim regnum dei. Et cōplexans eos iponens manus sup illos benedicebat eos. Mar.10.b.

De reditu domini ex Aegypto. cap.viii.

d efuncto autem Herode: angelus dñi apruit i somnis Ioseph In Aegypto dicēs: Surge & accipe pueꝝ & matrē eius & Mat.2.c.

uade in terrā Israel:defuncti sunt enim qui quærebant animam pueri·Qui consurgens accepit puerum & matrem eius:& uenit in terram Israel·Audiens autem q̄ Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode patre suo:timuit illo ire: & admōitus in somnis secessit in partes Galilææ: & ueniens habitauit in ciuitate:quæ uocatur Nazareth : ut adimpleretur quod dictum est per prophetam:Quoniam Nazareus uocabitur·

Figura·

Exo : 4 · e· Dixit dominus ad Moisen : Vade & reuertere in Aegyptū:mortui enim sunt omnes qui quærebant animam tuam.

Expositio·

Sicut enim fuga Moisi ex Aegypto Christi fugam figurauit:sic regressus eiusdē Moisi in Aegyptum reditum domini in terrā Israel designauit·

Ose·ij · a · Ex Aegypto uocaui filium:

Qualiter puer Iesus remansit in Hierusalem:& de ipsius inuentione a parentibus in templo· cap·ix·

Lu.z. g · Ebant parentes eius per omnes annos in Hierusalem in die solemni pascæ ; &

cum factus esset Iesus annorum duodecim : as
cendentibus illis Hierosolymam secundum cō
suetudinem diei festi consumatisq; diebus cum
redirent:remansit puer Iesus in Hierusalem:&
non cognouerunt parentes eius existimantes il
lum esse in comitatu· Venerunt iter diei : & re/
quirebant eum inter cognatos & notos:& non
inuenientes regressi sunt in Hierusalem requi
rentes eum·Et factum est post triduum inue/
nerunt illum in templo sedentem in medio do/
ctorum audientem illos & interrogantem eos·
Stupebant autem omnes qui eum audiebant su
per prudentia & responsis illius:& uidentes ad
mirati sunt.Et dixit mater eius ad illum : Fili
qd fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolē
tes quærebamus te·Et ait ad illos:Quid est : ꝙ
me quærebatis? nesciebatis quia in iis quæ pa
tris mei sunt oportet me esse? Et ipsi non intel/
lexerunt uerbum:quod locutus est ad illos : &
descēdit cum eis & uenit Nazareth: & erat sub
ditus illis:& mater eius conseruabat omnia uer
ba hæc conferens in corde suo.Et Iesus proficie
bat sapientia & ætate & gratia apud deum &
homines.

Puer non comparet:& ego quo ibo? — Gen. 37· f.
Indica mihi quē diligit anima mea : ubi pascas: — Cant ·1· b·
ubi cubes in meridie ; ne uagari incipiam post

gregem sodalium tuorum.

ibi . b. Quæsiui eum & non inueni illum: uocaui & nõ respondit mihi.

Item .3.a. In lectulo meo per noctem quæsiui quem diligit anima mea: quæsiui illũ & non inueni. Surgam & circuibo ciuitatem: per uicos & plateas: quæram quẽ diligit anima mea. Quæsiui illum & non inueni. Inuenerũt me uigiles: qui custodiunt ciuitatẽ: Num quẽ diligit anima mea uidistis? Paululum cum pertransissem eos: inueni quem diligit anima mea. Tenui eum nec dimittam donec introducam illum in domum matris meæ; & in cubiculum genitricis meæ.

Qualiter Ioãnes missus a deo erat in deserto baptizans. cap.x.

Luc .3.ã. Anno autẽ qnto decio ĩperii Tiberii Cæsaris: pcurante Põtio Pilato Iudæã: tetrarcha aũt Galliæ Herode: Philippo aũt fratre eius tetrarcha Ituree & Traconitidis regiõis & Lysania Abyliniæ tetrarcha: sub prĩcipib9 sacerdotũ Anna & Caipha factũ est uerbũ dñi sup Ioannẽ Zachariæ filiũ in deserto. Et uenit in oẽm regionẽ Iordanis prædicãs baptismũ pœnitentiæ in remissionem peccatoꝝ: si

cut scriptū est in libro sermonū Hesaiæ ꝓphe/ tæ: Vox clamantis in deserto: parate uiā dñi: rectas facite semitas eius. Oīs uallis implebit̃: & oīs mons & collis humiliabit̃. Et erūt praua in directa & aspera in uias planas: & uidebit om/ nis caro salutare dei. Hesa.40.a.

Figura.

Fecit Pharao Ioseph ascēdere super currum suum secundum clamante præcone: ut omnes coram eo genu flecterent. Gen.14.e.

Expositio.

Præco enim iste q ante Ioseph præibat & clamabat: atq; ad eius clamorē oēs ante eū genu flexo curuabant̃: Ioānis Baptistæ imago fuit: Ioseph uero Christi typ9 & forma extitit. Sicut ergo præco ille ad Pharaōis impiū præibat ante Ioseph: sic Ioannes a deo Missus uēit ante Christū. Recte igit̃ Ioannes ꝑco dicit̃: qa Christū in mundū uenisse mōstrauit dicēs: Ecce agnus dei ecce q tollit pctā mūdi. Dicit̃ etiā Ioānes āgelus: qa dei nūcius fuit: ac mūdo suū redēptorē nunciauit: quēadmodū p Malachiā ꝓphetā scribit̃: Ecce ego mittā angelū meū: & præparabit uiā ante faciē tuā. Bene angelus uocat̃ Ioānes: qa in carne ꝑter carnē uixit: atq; in terris angelicā uitam duxit. Dicit̃ etiā Ioannes uox sicut de eo Hesaias prophetauit dicēs; Ego

Ioan.1.d.

Mala.3.a.

Hesa.40.a.

uox clamãtis in deserto: parate uiam domini. Quia sicut uox præcedit uerbum: sic Ioannes præcessit Christum: qui est uerbum dei patris. Item Ioannes dicitur lucifer. Veluti enim lucifer matutinum sidus oritur ante solem: ac mundo prius apparens: quasi solis aduentum mundo nunciaturus aduenit: ita Ioannes in mundo ante Christum natus est: illumq; qui est sol

Ioan.1. a. iustitiæ: & illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum: nunciauit. Item Ioannes Helias appellatur: uelut in euangelio memora/

Mar.9. b. tur: Helias uenit: & fecerunt ei quæcunq; uoluerunt. Non q Ioannes in persona Helias fuerit: sed in spiritu Helias fuit: sicut scriptum est:

Luc.1. b. Ipse præcedet ante illũ in spiritu & uirtute Heliæ. Sicut ergo helias præco erit iudicis: ita Ioannes præco fuit redemptoris. Dicitur etiã Io

Io. 5. f. annes Lucerna: testante scriptura quæ ait: Ille erat lucerna ardens & lucẽs. Vnde etiã in Psal

Psal. 131. mista legitur: Paraui lucernã Christo meo. Lucerna Christo præparata Ioannes fuit: quia eũ in huius mundi tenebras uenturum nunciauit. Necessarium quippe erat ut ante lumen lucerna appareret: sicut ante solem stella præcedit: ut qui in tenebris & umbra mortis sedebant: per lucernam discerent: qualiter in lucem credere debuissent.

Qualiter

Qualiter dominus Iesus uenit ad
Ioannem in desertũ ut bapti
zaretur ab eo· cap : xi·

Ipse autem Iesus erat incipiens quasi an Luc.3·e·
norum triginta ut putabatur filius Io/ Mat·3·d·
seph· Factum est auté in diebus illis:ue Mar.1·a.
nit Iesus a Nazareth Galileæ in Iordanem ad Ioannem ut baptizaretur ab eo· Ioannes pro/hibebat eum dicens: Ego a te debeo baptizari: & tu uenis ad me? Respondens autem Iesus di/xit ei : Sine modo:sic enim decet nos iplere om nem iustitiam : tunc dimisit ei·Factum est au/tem dum baptizaretur omnis populus : & Iesu baptizato a Ioanne in Iordane confestim ascen dit de aqua: & eo orante ecce aperti sunt cœli: & uidit cœlos apertos & spiritum sanctum dei corporali specie descendentem sicut columbã: & uenientem super se & manentem in ipso· Et ecce uox de cœlis facta est dicens: Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui.

Ecce seruus meus suscipiam eum:electus meus Hesa·42·a·
complacuit sibi in illo anima mea · Dedi spiri/tum meum super eum·Iudicium gentibus pro feret :

Vox domini super aquas deus maiestatis into Psal·28.
nuit:dominus super aquas mũltas·Vox domi/ni in uirtute;uox domini in magnificẽtia. Vox

domini confringentis cedros: & confringet do
minus cedros Libani. Et comminuet eas tanq̄
uitulum Libani:& dilectus quemadmodum fi
lius unicornium· Vox domini intercidentis flā
mam ignis:uox domini concutientis desertum:
& commouebit domius desertum Cades· Vox
domini præparantis ceruos & reuelabit condē
sa:& in templo eius omnes dicent gloriam·Do
minus diluuium inhabitare facit: & sedebit do
minus rex in æternum·Dominus uirtutem po
pulo suo dabit:dominus benedicet populo suo
in pace· Expositio Ambrosii.

h æc prophetia quæ cum euangelio om/
nino cōcordat:tūc impleta fuit: quādo
dn̄s Iesus Christus uenit in Iordanē ad Ioānē·
Vox ergo dn̄i sup aquas tūc facta ē qn̄ dn̄s ad
Mat·3.d· Ioannem dixit :Sine modo:sic enim decet nos
implere omnem iustitiā. Sequitur:Deus maie
statis intonuit· Quando pater filio testimoniū
Ieem·3·d· de cœlo reddidit dicens:Hic est filius meus di/
lectus:in quo mihi complacui· Vox domini cō
fringētis cedros: quia Christo baptizato super
bi dæmones corruerūt: & dilectus quemadmo
dum filius unicorniū id est Christus Iesus qui
est filius unicorniū id est filius:crucis de quo di
Abac·3·a· citur in cantico Abacuch:Cornua in manibus
eius· Postq̄ igitur dilectus iste crucifixus est

impletū est illud: quod statim in isto psalmō
sequitur: Vox domini intercidentis flammam
ignis. Illo nanq; baptizato: & uniuerso mundo
Christo lauante mundato gehennæ ignis ex
tinctus est:& impletum fuit quod illico subdi/
tur: Vox domini cūcutientis desertum hoc est
ecclesiam ex gentibus:quæ prius deserta & steri
lis fuit:ac filios non habebat; sed ad prædicatio
nem Christi deserta ista commota est & partu
riuit ac multos filios peperit:de qua Hesaias di Hesa.54.a.
cit: Lætare sterilis quæ nō paris:erumpe & cla
ma quæ non parturis: quia plures filii desertæ
id est ecclesiæ(ut dictū est q̄)eius: quæ habet
uirum: hoc est Iudææ quæ prius fœcūda fuit:
postea ob suam incredulitatem sterilis ac inuti
lis effecta est: atque a deo reprobata. Post/
quam igitur multiplicati fuerunt fideles ad fi
dem Christi:completū fuit quod sequitur: Et
in templo eius omnes dicent gloriam. Quia gē
tiles Christi euangelium recipiētes deum ma/
gnificare cœperunt: ac sic dominus diluuium
inhabitare facit: quoniam Romanum imperi/
um & barbaræ nationes in Christum baptiza
tæ fuerunt:ac per hoc diluuium baptismatum
per totum orbem factum fuit.

Mat·4.a; esus autem plenus spiritu sancto egres
Mar·1·b· i sus a Iordane statim ductus est a spiri/
Luc,4·a·· tu in desertum . Et erat in deserto qua/
draginta diebus & quadraginta noctibus: &
tẽtabatur a Sathana: & nihil mãducauit in die
bus illis eratq; cum bestiis · Et cum ieiunasset
quadraginta diebus & quadraginta noctibus:
consumatis illis postea exuriit·Et accedens ten
tator diabolus dixit illi: Si filius dei es: dic ut la
pides isti panes fiant·Et respondit ad illum Ie
Deut,8·a· sus:Scriptũ est enim:Quia non in solo pane ui
uit homo:sed in omni uerbo quod procedit de
ore dei·Tunc assumpsit illum diabolus in san/
ctam ciuitatem Hierusalem:& statuit illum su
pra pinnaculum templi:& dixit illi:Si filius dei
es mitte te deorsum: scriptũ est enim: Quia an
Psal·90· gelis suis deus mandauit de te : ut conseruent
te & quia in manibus tollent te:ne forte offen/
das ad lapidem pedem tuum·Ait illi Iesus rur/
Deut·6,c· sum: scriptum est:Non tentabis dominum deũ
tuum·Et reduxit eum diabolus:& iterũ assum
psit eum in montem excelsum ualde ; & osten/
dit ei omnia regña mundi in momento tempo
ris ; & gloriam eorum ; & ait illi;Tibi pote/

ſtatem hanc dabo uniuerſam:& gloriam eorũ:
quia mihi tradita ſunt: & cui uolo do illa:hæc
omnia tibi dabo:& erunt tua omnia: ſi cadens
adoraueris me. Tũc dixit illi Ieſ9: Vade Satha Item.6.b.
na:ſcriptum eſt enim: Dominum deũ tuũ ado Et.10.d.
rabis:& illi ſoli ſeruies. Et conſumata tentatio
ne diabolus receſſit ab eo uſq; ad tempus:& re/
liquit eum. Et ecce angeli acceſſerunt & mini/
ſtrabant illi. Er regreſſus eſt Ieſus in uirtute
ſpiritus in Galilæam.

Figura prima.

Fuit ergo in mõte cum domio Moiſes quadra Exo.34.d.
ginta dies & quadraginta noctes:panem nõ co
medit:& aquam non bibit.

Figura ſecunda.

Reuerſuſq; eſt angelus domini ſecundo: & teti 3.Reg.19.a.
git Heliam: dixitq; illi:Surge comede: gran/
dis enim tibi reſtat uia. Qui cum ſurrexiſſet co
medit & bibit: & ambulauit in fortitudine cibi
illius:quadraginta diebus: & quadraginta no
ctibus uſq; ad montem dei Oreb.

Expoſitio.

q uaterdena ieiunia Moiſi & Helyæ ieiu
niorum Chriſti figura & typus fuerũt:
qui etiam quadraginta diebus & quadraginta
noctibus in deſerto ieiunans quicq̃ non guſta/
uit;neq; bibit.

Psal.90. Super aspidem & basiliscum ambulabis & con
culcabis leonem & draconem.

Expositio.

t unc dominus aspidem & basiliscum leo/
nem & draconem conculcauit & uicit:
quando in deserto omnes inimici tentationem
superauit. Dicitur nanq; diabolus aspis: cum
occulte ueneno percutit: & hominem per igno/
rantiam mortaliter peccare facit. Ipse etiam est
leo: dum sæuit aperte & persequitur uiolenter:
draco dum insidiatur occulte: & deuorat negli
gentes. Omnem igitur inimici uirtutem domi/
nus in deserto superauit: dū hæc Sathanæ qua/
Psal.73. tuor capita contriuit de quo scriptum est: Tu
confregisti capita draconis; dedisti eum escam
populis Aethiopum.

De duodecim apostolis a Christo
uocatis. cap.xiii.

Mat.10.a. d uodecim autem apostolorum nomina
sunt hæc: primus Symon qui dicitur
Petrus & Andreas frater eius: Philip/
pus & Bartholomæus: Iacobus Zebedei: & Io
annes frater eius: Thomas & Mathæus publi/
canus & Iacobus Alphei & Thadeus: Symon
Chanāeus & Iudas Scariothis; qui & tradidit

eũ·Hos duodecim misit Iesus præcipiens eis & dicens: In uiã gentiũ ne abieritis: & in ciuitates Samaritãoꝝ ne ĩtraueritis: sed poti9 ite ad oues quæ perierũt domus Israel·Euntes autẽ ꝑdicate dicẽtes: Quia appropiquabit regnũ cœloꝝ· Infirmos curate: mortuos suscitate: leꝓsos mũdate: dæmones eiicite: gratis accepistis: gratis date·Quæcunq3 alligaueritis super terrã: erũt ligata & in cœlis: & quæcunq3 solueritis super terram: erunt soluta & in cœlis. Item·18.c·

·Figura·

In medio plateæ eius ex utraq3 parte fluminis lignum uitæ afferẽs fructus duodecim per mẽses singulos reddens fructum suum: & folia ligni ad sanitatem gentium· Apoc·22·a·

Expositio·

Lignũ uitæ qđ in medio plateæ cœlestis Hierusalẽ plantatũ eẽ dicit᷑: & duodecĩ tantũ fructus p singulos menses ꝓducere: ac folia eius ad sanitatẽ gentiũ ꝓferre scribit᷑: dñm nostrũ Iesum Christũ procul dubio designat: qui de se ipso dixit: Quia si ĩ uiridi ligno hoc faciunt: in arido quid fiet? Qui duodecim fructus pro humani generis refectiõe attulit: id est duodecim apostolos uocauit: quos in orbẽ uniuersum misit dicẽs: Eũtes in mundũ uniuersũ ꝑdicate euãgeliũ oĩ creaturæ: & illđ: Eũtes docete Luc·23·d· Mar·16·d· Mat·28·d·

oēs: gentes baptizantes eos in noīe patris & filii & spiritus sancti. Folia autem ligni quæ ad sanitatem gentium sunt: doctrinam euangelicā & Christi prædicationem signāt: quam nobis gentilibus apostoli attulerunt: & quodamodo nostris peccatorum ulceribus hæc folia apostoli super imponentes omnes langores quibus a mundi primordio languebamus: pepulerunt. Figurati etiam fuerunt apostoli per illos duodecim duces qui de Hismaelis traduce exorti fuerunt: quemadmodum Habraæ promissum fu-
Gen.17.c. it dicente domino: Super Hismael quoq; exaudiui te: duodecim duces generabit: & faciam illum crescere in gentem magnā. Designati sunt
Item.42.b. quoq; per duodecim filios Iacob: a quibus no-
Exo.15.d. men acceperunt duodecim tribus Israel. Similiter præfigurati fuerunt apostoli per duodecim aquarum fontes a populo Hebræorum repertos:
Item.39.c. ubi totus populus refocillatus est. Hos etiam apostolos præsignauerunt duodecim lapides qui sculpti erant nominibus duodecim tribus Israel. Id idem mystice significauerunt illi duo
Nū.13.a. decim exploratores a Moise missi ut explorarent terram Chananæam. Sic duodecim apostoli a Christo domino ad gentes missi multos ac pene innumeros populos ad eius fidem conuerterūt. Prænotati etiam fuerūt per illos duo

decim uiros

decim uiros a Iosue per singulas tribus electos ut de medio Iordãis alueo (ubi scilicet steterũt pedes sacerdotũ) tollerent duodecim durissi/mos lapides:per quos etiam ipsi apostoli intel/liguntur: qui fundamentum fuerunt ecclesiæ Christi:uelut manifestius in apocalypsi descri bitur: Murus ciuitatis habebat fundamenta duodecim:& in ipsis duodecim nomina apostolorum & agni. Illæ etiã duodecim uirgæ: quas obtulerunt Moisi omnes principes per singu/las tribus absq; uirga Aaron apostolos duode/cim designauerunt. Virga uero Aaron quæ floruit Mariam uirginem: flos autem Christum Iesum præsignauit:de quo scriptum est: Ego flos campi. Quia sicut uirga illa absq; humore floruit: ita ipse absq; peccati sorde & uirili cõmercio de Maria uirgine natus est: queadmo/dum de hac uirga & flore scriptum est: Egredi etur uirga de radice Iessæ:& flos de radice eius ascendet:flos de uirga id est Christus de uirgi/ne. Item signati fuerunt apostoli per duodecim præfectos quos Salomon habebat qui præbe bant alimõiam regi & domui eius: sic Christus Iesus per Salomonem qui pacificus dicitur: si/gnificatus duodecim habuit apostolos: qui re/cte alimoniam Christo & domui eius id est ec/clesiæ dedisse dicuntur. Dum enim sancti apo

Iosu.4.d.
Apoc.21.d.
Nũ.17.b.
Cant.2.a.
Hesa.11.a.
3.Reg.4.a.

ſtoli gentium populos cibo prædicationis paue
runt: Chriſtum in membris eius refocillaue/
Mat.25.d. runt: qui in euangelio teſtatus eſt dicens: Qđ
uni ex minimis meis feciſtis: mihi feciſtis. Præ/
3.Reg.10.d. figurati etiam fuere per duodecim leũculos qui
ſtabant ſuper ſex gradus regalis trhoni Salo/
monis: ſic apoſtoli ſemper ſtant ante con/
ſpectum dei in regno cœlorum: ſicut ſcriptum
Mat.19.d. eſt: Cum ſederit filius hominis in ſede maieſta
tis ſuæ: ſedebitis & uos ſuper ſedes duodecim iu
dicantes duodecim tribus Iſrael. Itẽ ſignati fue
runt per duodecim lapides precioſos in quibus
cœleſtis Hieruſalem fundata erat: quemadmo
Apo.21.d. dũ euangeliſta Ioãnes đſcribit dicẽs: Et murus
ciuitatis habebat fundamẽta duodecim: & pau
ibi.f. lo poſt ſequit: Et fundamentũ primũ Iaſpis: ſe
cũdũ Saphyr9: tertiũ Chalcedõius: q̃rtũ Sma
ragdus: quintum Sardonyx: ſextũ Sardius: ſe
ptimũ Chryſolithus: octauũ Beryllus: nonum
Thopazius: decimũ Chryſopaſſus: undecimũ
Hiacinctus: duodecimũ Amethiſtus. Hæ duo
decim p̃cioſiſſimæ gẽmæ duodecĩ Chriſti apo
ſtolos figurarunt: q regni cœloꝝ prĩcipes effe
cti tãq̃ duodecĩ cãdelabra lucentia ante thronũ
dei iugiter radiãt ac ſemp aſſiſtunt. Prænotati
Apoc.21.d. quoq; fuerũt a pl̃ĩſ p duodecim margaritas: & p
duodecĩ portas q̃ erãt ĩ ciuitate Hieruſalẽ. Nã

aplī recte p̄ portas duodecī ītelligunť qa ipī ia
nuæ regni cœlestis facti sunt : qbus dictū fuit:
Quæcūq; alligaueritis sup terrā:erūt ligata & Mat·18.c·
ī cœlis:& q̄cūq; solueritis sup terrā: erūt soluta
& ī cœlis·Id idē significatū fuit p duodecī stel
las q̄ erāt ī corona q̄ Ioānes uidit ī capite mulie Apoc·12·a·
ris id ē Mariæ uirginis·Duodecī nāq; aplī duo
decī micātia sydra fuerūt:q totū orbē ī tenebris
iacētē illūīnauerūt:sicut p Hesaiā ꝓphetā p̄di
ctū fuit:Populus q sedebat in tenebris uidit lu Hesa.9·a·
cē magnā·Sedētibus ī tenebris & umbra mor
tis lux orta est eis:id est Christus illuxit nobis
p p̄dicationē & miracula apostoloꝝ·
Ecce ego mictā piscatores multos dicit dn̄s : & Hie·16.c·
piscabūtur eos:& post hæc : Mittā eis multos
uenatores : & uenabuntur eos de omni monte
& de omni colle & de cauernis petraꝝ:
Liga testimoniū :signa legē in discipulis meis· Hesa.8·c·
Expectabo dn̄m q abscōdit faciē suam a domo
Iacob:& p̄stolabor eum.Ecce ego & pueri mei
quos dedit mihi dn̄s ī signū & in portētū ī Isra
el a dn̄o exercituū qui habitat in monte Sion:
Primus de Sion dicet:Ecce adsum:& in Hieru Item·41·g.
salem euangelistam dabo·
Cœli ac nubes distillauerūt aquis: mōtes fluxe Iudic.5·a·
rūt a facie dn̄i Synai a facie dei Israel·
Cœli enarrāt gloriam dei;& opa manuum eius Psal·18·

anunciat firmamentum·

Item·67· Eteni cœli diſtillauerũt a facie dei Synai a facie dei Iſrael·

Item·21· Annunciabitur domino generatio uentura: & annunciabunt cœli iuſtitiam eius populo qui naſcetur quem fecit dominus·

Expoſitio·

Per cœlos apoſtoli & cœteri ſancti homines apoſtolorꝝ ſucceſſores intelligun/tur:qui cœleſtem uitã in terra duxerunt·

Item·18. Non ſunt loquelæ neq; ſermones quorum non audiantur uoces eorum. In omnem terram exi/uit ſonus eorum:& in fines orbis terræ uerba eorum id eſt apoſtolorum·

Item·44. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filii: conſtitues eos principes ſuper omnem terram·

Sybilla Erythræa: ſiue (ut quidã opinan/tur) Cũana

Iacebit in fœno agnus:& puellari officio educabitur deus & homo·Hic habens pedes triginta tres & pollices ſex eliget ſibi de piſcatorib9 numerum duodenarium unumq; diabolum: non in gladio belloue Aeneadẽ urbem regeſq; ſub iiciet ſed in hamo piſcantis·In deiectiõe & pauperie diuitias & ſuperbiam conculcabit: morte propria mortuos ſuſcitabit : et cum mactabi/tur uiuet & regnabit: & cum conſumabuntur oĩa fiet regñratio:bonoſq; iudicabit & malos·

De prædicatione Chri
sti. cap.xiiii.

C um autem audisset Iesus q Ioannes tra Mat.4.b.
ditus esset:secessit in Galilæam:& reli/
cta ciuitate Nazareth uenit & habita/
uit in ciuitate Capharnaũ maritima in finibus
Zabulon & Neptalim:ut adimpleretur quod
dictum est per Hesaiam prophetam: Terra Za Hesa.9.a.
bulon & terra Neptalim uia trans Iordanem
Galilææ Gentium : populus qui ambulabat in
tenebris uidit lucem magnam:& sedentibus in
regione umbræ mortis lux orta est eis. Exinde
cœpit Iesus prædicare & dicere : Pœnitentiam
agite:appropinquabit enim regnum cœlorum.
Et circuibat Iesus totam Galilæam docens in si
nagogis eorum & prædicans euangelium re/
gni & sanãs omnem langorem & omnem infir
mitatem in populo. Et abiit opinio eius in totã
Syriam:& obtulerunt ei omnes male habentes
uariis langoribus & tormentis comprehensos:
& qui dæmonia habebant & lunaticos & para/
lyticos & curauit eos. Et secutæ sunt eum tur/
bæ multæ de Galilæa & de Capoli & de Hiero
solymis & de Iudæa & de trans Iordanem.

Figura.

Neptalim ceruus emissus & dans eloquia pul Gen.49.c.

critudinis.

Expositio.

n eptalim qui cõuertens eos interpretat̃ Christũ p̃signauit: qui sua ineffabili mirabiliq; euangeliorum doctrina ac miraculoꝝ magnitudine mundum ad se omnem cõuertit: & omnia (ut ipse prædixit) ad se traxit.

Ioan. 12. c. He. 42. a. Ecce seruus meus: suscipiã eũ: electus meus cõplacuit sibi in illo aĩa mea. Dedi spiritũ meum super eum: iudicium gentibus proferet. Non clamabit: neq; accipiet personã: nec audiet̃ uox eius foris. Calamũ quassatũ non conteret: & linum fumigans nõ extinguet. In ueritate educet iudiciũ: nõ erit tristis neq; turbulentus do/nec ponat in terra iudicium: & legem eius insulæ expectabunt.

Qualiter Christus baptizat.
capi. xv.

Ioan. 3. c. p̄ ost hæc uenit Iesus & discipuli eius in terrã Iudæam: & illic morabat̃ cũ eis & baptizabat. Erat autem Ioannes baptizans in Enon iuxta Salim qa aquæ multæ erãt illic: & uẽiebãt & baptizabant̃. Nõdum enim missus fuerat Ioãnes in carcerẽ. Facta est autẽ q̃stio ex discipulis Ioãnis cũ Iudæis de purifi

catione:& uenerũt ad Ioannẽ & dixerũt ei:Rabi qui erat tecũ trãs Iordanẽ:cui testimoniũ perhibuisti:ecce baptizat:oẽs ueniunt ad eum. Respondit Ioannes & dixit: Nõ potest homo accipere quicquã nisi fuerit ei datum de cœlo: ipsi uos testimonium perhibetis:quod dixerim non sum ego Christus:sed quia missus sum ante illum. Qui habet sponsam sponsus est: amicus autem sponsi qui stat & audit eum:gaudio gaudet propter uocem sponsi. Hoc ergo gaudium meũ plenum est:illum oportet crescere:me autem minui. Qui de sursum uenit super oẽs est: & quod uidit & audiuit hæc testat̃ & testimonium eius nemo accipit:qui autẽ acceperit eius testimoniũ signauit qa deus uerax est. Quẽ enim misit deus uerba dei loquit̃. Nõ enim ad mẽsurã dat deus spiritũ. Pater diligit filiũ & oĩa dedit in manu eius:q credit in filiũ hẽt uitã æternam:qui autem incredulus est filio: non uidebit uitã:sed ira dei manet super ipsum.

Figura.

Fugientibus Aegyptiis occurrerunt aquæ: & inuoluit eos dominus in mediis fluctibus: reuersæq; sunt aquæ & operuerunt currus: & equites cuncti exercitus Pharaonis: qui sequentes ingressi fuerant mare; nec unus quidem superfuit ex eis. Exo. 14. f.

m are nanq; rubrum in quo rex Pharao tyrannus rapidiſſimus cum omni ſuo exercitu immerſus eſt: Chriſti baptiſma ci9 ſacro ſanguine cõſecratum ſignificat. Nam tunc baptiſma ſancitum & conſecratum fuit: cum ex Chriſti latere militis lancea aperto ſanguis & aqua fluxere. Sanguis ut redimeret: aqua ut mundaret. Hoſtes itaq; a tergo inſequentes populum domini in undis maris rubri demerguntur: quia peccata præterita in baptiſmo cuncta delentur: & diabolus cum actibus ſuis penitus ſuffocat'. Premũt Aegyptii uſq; ad mare id eſt peccata uſq; ad baptiſmum: poſt tranſitum uero rubri maris ſummerſis hoſtibus cantat popolus deo gratias agens: ſic fideles de lauacro ſacratiſſimæ undæ aſcendentes extinctis peccatis hymnum & gratiarum actiones domino decantant dicentes: Cantemus domino glorioſe enim magnificatus eſt: equũ & aſcenſorem proiecit in mare.

Sanguis ut redimeret & Aqua ut mundaret

Hexo.15.a.

Qualiter dominus Ieſus aſello equitans uenit Hieruſalem: & de expulſione negociantium in templo. cap.xvi.

Factum eſt

actũm est autem cum appropinquaret Mat·21·a:
f Iesus ad Bethfage & Bethaniã ad mon Mar·11·a·
tem qui uocatᶜ Oliueti: misit duos disci Luc·19·e·
pulos suos dicens illis: Ite in castellũ quod con
tra uos est: in quod introeuntes statim inuenie
tis asinam alligatam & pullum cum ea: cui ne/
mo unquam hominum sedit: soluite & adduci
te illam: Et siquis uos interogauerit: Quare sol
uistis sic? dicetis: Domius his opus habet: & cõ
festim dimittet eos· Hoc autem totũ factũ est
ut adimpleretur quod dictum est per prohetã
dicentẽ: Dicite filiæ Sion· Ecce rex tuus uenit Zac·9·b·
tibi mansuetus: sedens super asinam & pullum
filium subiugalis· Hæc non cognouerunt disci
puli eius primum: sed quando glorificatus est
Iesus: tunc recordati sunt quia scripta erant de
eo· Euntes autem discipuli fecerunt sicut præ/
cepit eis Iesus: & inuenerunt pullum alligatum
ante ianuam foris in biuio: & soluerũt eum· Sol
uentibus autem illis pullum dixerunt domini
eius ad illos: Quid soluitis pullum? At illi dixe
runt sicut præcepit eis Iesus: quia dominus eũ
necessarium habet: & dimiserunt eis· Et adduxe
runt asinam & pullũ & imposuerunt super eos
uestimenta sua: & eum desuper sedere fecerunt·
Eunte autem illo plurima turba strauerunt ue
stimenta sua in uia; & ramos de arboribus cæ

debant & sternebant in uia. Turbæ aũt quæ p̃cedebãt & q̃ sequebant̃ clamabant dicentes: O sanna filio Dauid benedictus q uẽit ĩ noĩe dñi: & benedictũ q̃ uenit regnũ patris nr̃i Dauid o sanna in excelsis. Et cũ appropinquaret iam ad descẽsum montis Oliueti cœperunt oẽs turbæ descendentiũ gaudentes laudare dñm uoce magna super oĩbus: quas uiderant uirtutibus dicentes: Benedictus qui uenit in noĩe dñi: pax in cœlo & gloria in excelsis: benedictus qui uenit in noĩe dñi rex Israel. Et intrauit Iesus in tẽplum dei: & eiiciebat omnes uendentes & emẽtes in illo: & mensas nũmulariorum et cathedras uendentium columbas euertit: & non sinebat ut quisq̃ uas trãsferret per templum & do

Hesa. 56. c. cebat eos dicens: Non ne scriptum est: Domus
Hier. 7. b. mea domus orationis uocabitur? Vos autem fecistis eam speluncam latronum. Et accesserunt cæci & claudi in templo & sanauit eos.

Hesa. 11. d. Dicite filiæ Sion ecce saluator tuus uenit: ecce merces eius cum eo & opus eius coram illo.

Zach. 2. b. Exulta satis filia Syon: iubila filia Hierusalem: ecce rex tuus uenit tibi iustus & saluator ipse pauper & ascendens super asinam & super pullum filium asinæ.

Hiere. 11. c. Quid est q̃ dilectus meus ĩ domo mea fecit scelera multa?

Quiescite ergo ab homine cuius spiritus in na- ribus est: quia excelsus reputatus est ipse. Hesa·z·d.

De consilio & conspiratione pontificum & pharisæorum contra Christum. cap·xvii·

q
uidam ergo ex Iudæis ut uiderũt q̃ Ie sus Lazarum resuscitasset a mortuis: ab ierunt ad pharisæos & dixerũt eis quæ fecit Iesus. Tunc congregati sunt omnes prin- cipes sacerdotum & seniores populi in atrium principis sacerdotum qui dicebatur Caiphas: & consilium fecerunt ut Iesum dolo tenerẽt & dicebant: Quid facimus quia hic homo multa signa facit? si dimittimus eum sic omnes credẽt in eum: & uenient Romani & tollent nostrum locũ & gẽtem. Vnus autẽ ex ipis Caiphas no- mine cũ esset pontifex anni illius dixit eis: Vos nescitis quicq̃ nec cogitatis: quia expedit uobis ut unus homo moriatur pro populo & nõ tota gens pereat. Ioan·ii·g·

Figura prima.

Symeon & Leui fratres uasa iniquitatis bellan tia: in consiliũ eoꝝ non ueniãt anima mea: & in cœtu eorũ nõ sit gloria mea: qa in furore suo Gen.49.a.

occiderunt uirum:& in uoluntate sua suffode/
runt murum. Maledictus furor eorũ quia per
tinax & indignatio eorum quia dura.

Expositio.

Per hos duos fratres Symeon scilicet &
Leui: scribæ & sacerdotes intelliguntur:
quia de tribu Symeonis scribæ: de tribu uero
Leui sacerdotes fuerunt: qui consilium fecerũt
ut Iesum morti traderent: unde subditur: In
consilium eorum non ueniat anima mea: id
est uoluntas mea non ueniat in consilium
mortis Christi. Quia in furore suo occide/
runt uirum hoc est Christum: et in uolunta
te sua suffoderunt murum hoc est corpus Chri
sti: quod per murum designatur in crucis pati/
Hesa. 26. a. bulo lancea perforatum: unde Hesaias ait: Po
netur in ea murus & antemurale.

Figura secunda.

Gen. 37. d. Perrexit itaq; Ioseph post fratres suos: & inue
nit eos in Dothaim: qui cum uidissent eum pro
cul anteq̃ accederet ad eos: cogitauerunt illum
occidere: & mutuo loquebantur: Ecce somnia/
tor uenit: uenite & occidamus eũ & mittamus
in cisternam ueterem: dicemusq;: Fera pessima
deuorauit eum: & tunc apparebit quid illi pro/
sint somnia sua.

Expositio.

In hoc enim q fratres Ioseph mutuo lo
quebantur cogitantes occidere eum: qui
in cūctis (ut ita dicā) gestis suis Christi typus
& figura fuit: consilium Iudæorum contra do
minū exprimitur. Nā scribæ & pharisæi Chri
sti doctrinam falsam & tanq̄ somnia reputan/
tes ipsum occidere inter se consilium inierunt:
sicut in euangelio scriptum est: Tunc congrega Mat.26.a.
ti sunt principes sacerdotum & seniores populi
in atrium principis sacerdotum: & consilium fe
cerunt ut Iesum dolo tenerent.
Astiterunt reges terræ & principes conuene/ Psal.2.
runt in unum aduersus dominum & aduersus
Christum eius. Dirumpamus uincula eorum:
& proiiciamus a nobis iugum ipsorum.

Circumueniamus ergo iustum: quoniam in uti Sap.2.c.
lis est nobis: & contrarius est operibus nostris:
& improperat nobis peccata legis: & diffamat
in nos peccata disciplinæ nostræ: promittit se
scientiam dei habere: & filium dei se nominat.
Factus est nobis in traductionem cogitationū
nostrarum: grauis est nobis etiam ad uidēdum:
quoniam dissimilis est aliis uita illius: & immu
tatæ sunt uiæ eius. Tanq̄ nugaces æstimati su/
mus ab illo: & abstinet se a uiis nostris tanquā
ab immundiciis: & præfert nouissima iustorū:

& gloriatur patrē se habere deum. Videamus ergo si sermones illius ueri sunt: & tentemus quæ uentura sunt illi: & sciemus quæ erūt nouissima illius. Si enim uer9 est filius dei: suscipiet illū & liberabit illū de māibus cōtrarioꝝ: contūeliis & tormētis īterrogemus eum: ut sciamus reuerentiā eius & ꝓbemus sapientiā ipsius: morte turpissima cōdēnem9 eū: erit enim respectus ex sermonibus illius. Hæc cogitauerūt & errauerūt: excæcauit enim illos malitia eoꝝ.

Mat. 21. d. Hic est hæres uenite occidamus eum & habebimus hæreditatem eius.

Hie. 11. d. Mittamus lignū in panē eius: hoc est ponamus crucē in corpus Christi: & eradam9 eū de terra uiuentium: & nomen eius non memoretur amplius.

Item. 18. c. Venite & cogitemus contra eū cogitationes.

Ibi. d. Venite & percutiamus eum lingua: & non attendamus ad uniuersos sermones eius.

Item. 20. d. Persequimini: & ꝓsequamur eū ab oībus uiris q̄ erant pacifici mei & custodiētes latus meū: si quo modo decipiat̄: & ꝓualeamus aduersus eū: & consequamur ultionem ex eo.

Abdi. 1. a. Surgite & cōsurgamus aduersus eū in prælīū.

Psal. 118. Principes persecuti sunt me gratis.

Item. 85. Deus iniqui insurrexerūt aduersus me: & synagoga potentium quæsierunt animam meam: &

non proposuerunt te in conspectu suo.
Quia dixerũt inimici mei mihi:& qui custodie- Item.70.
bant aĩam meam consiliũ fecerũt in unũ dicen
tes:Deus dereliqt eũ persequimini & cõprehẽ
dite eũ:quia nõ est qui eripiat.

De institutione corporis & sangui
nis domini. cap.xviii.

Discũbentibus aũt eis & mãducãtibus ait Mat.16.c.
Iesus: Desiderio desideraui hoc pascha Mar.14.c.
manducare uobiscũ anteq̃ patiar. Dico Luc.22.b.
autem uobis:quia ex hoc non mãducabo illud:
donec impleatur in regno dei. Et cœnantibus
illis accepit Iesus panem:gratias egit & benedi
xit & fregit deditq; discipulis suis & ait:Accipi
te & comedite. Hoc est corpus meum: quod ꝓ
uobis tradetur:hoc facite in meam cõmemora-
tionem. Similiter & calicẽ postq̃ cœnauit acci-
piens gratias egit & dedit illis dicens:Accipite
& diuidite inter uos & bibite ex eo omnes. Hic
est sanguis noui testamenti:qui pro uobis & ꝓ
multis effundetur in remissiõem peccatorum.
Dico autem uobis quia nõ bibã amodo de hoc
genimine uitis usq; in diem illum: cum illud bi
bam nouum uobiscum in regno dei patris mei.
Et biberunt ex eo omnes.

Figura prima.

Pro.9.a. Sapientia ædificauit sibi domum excidit colũ/nas septem: immolauit uictimas suas: miscuit uinum: proposuit mensam suam: & infra: Ve/nite comedite panem meum: & bibite uinum qđ miscui uobis.

Expositio.

Sapientia in hoc loco Christum dei filiũ significat qui est sapientia patris: de quo

1.Cor.1.d. dicit apostolus Paulus: Prædicamus Christum crucifixum dei uirtutem & dei sapientiam. Sa/pientia ergo excidit columnas septem: hoc est Christus particulares per orbem ecclesias ere/xit: quas septiformi gratia id est septem donis spiritus sancti illustrauit. Qui ædificauit sibi domum hoc est corpus & animam ad habitan/dum: quando pro salute humani generis homo fieri dignatus est. Immolauit uictimas suas id est semet ipsum deo patri in sacrificiũ obtulit:

Ephe.5.a. Sicut Apostolus testatur dicens: Christus dile xit nos & tradidit semet ipsum pro nobis obla tionem & hostiam deo in odorem suauitatis. Qui miscuit uinum: quando scilicet diuinitaté humanitati uniuit in sua persona: quod quidé magnopere atq; omni attentione considerandũ est. Nam sicut postq̃ uinum aquæ mixtum fue rit impossibile est uinum ab aqua uel aquam a uino dignoscere:

uino dignoſcere: ita myſterium incarnationis Chriſti & unionem diuinitatis cum humanitate comprehendere omni creaturæ non ſolū humanæ uerum etiam cœleſti omnino impoſſibile eſt. Vnde propheta hoc arcanum non comprehendens ſed admirās ait: Generationē eius quis enarrabit? Et quemadmodum uinum ab aqua ſiue aqua a uino ſeperari nullatenus poteſt: ſic poſtq̄ deus homo factus eſt: nullo modo nec ab humāitate deitas nec a deitate humanitas ſegregari ac diuelli poteſt. Quoniam deus & homo Chriſtus Ieſus nō duæ perſonæ ſed una perſona eſt: quamuis duæ ſubſtātiæ diuinitas uidelicet & humanitas inſeperabiliter ſint in Chriſti perſona unitæ. Quod quidem incarnationis myſterium ualde mirabiliter etiam per Salomonem in canticis canticorum demonſtratur: Oſculetur me inquit oſculo oris ſui: ſicut enim oſculo duo corpora diuerſa iunguntur: ſic in incarnatione filii dei duæ naturæ penitus diuerſæ inſeparabili coniunctione unitæ fuerunt: quod etiam in euangelio myſtice tangitur: quando dominus expuit in terram & fecit lutum ex ſputo: & liniuit lutum ſuper oculos cæci nati: ſup quæ uerba gloſa ſic dicit: Deus in terram expuit: cum in mundum diuinitas deſcendit; & ſic de ſaliua lutum fecit: quādo uer

Heſ.53.c. Can.1.a. Io.9.a.

bum caro factum est: & habitauit in nobis: sa
liua enim dei sapientia est: quæ ex ore altissimi
prodiuit: terra autem caro Christi est: lutum er
go ex sputo et terra: Christus est in utraq; na/
tura deus scilicet & homo. Miscuit itaq; uinũ
quemadmodum enim potentia uini tempera/
tur aqua ut melius potari possit: ita deus qui lu
cem inhabitat inaccessibilem: ut nobiscum con
uersari posset atq; a mortalibus uideri: fulgo/
rem inuisibilis diuinitatis suæ umbraculo hu/
manitatis temperauit: quia illam æterni lumi/
nis claritatem non tantum uisus humanus sed
nec ipsius beatæ uirginis aspectus (ut deuotus
Bernardus ait) substinere potuisset: nisi splen/
dor paternæ gloriæ nube carnis obumbraret.
Vnde iccirco catholica ecclesia in calice aquam
uino miscet ad significandũ incarnationis Chri
sti mysterium: & ideo ualde competenter sequi
tur: Proposuit mensam suam: in sacramento sci
licet altaris. Vbi ad literam (ut dictum est) ui/
num aquæ commiscetur & unitur. De qua mẽ
Psal. 127. sa etiam alibi dicitur: Filii tui sicut nouellæ oli
Item. 22. uarum in circuitu mensæ tuæ: & iterum: Para
sti in conspectu meo mensam aduersus eos qui
tribulant me: & de calice id est de Christi san/
Ibi guine ibidem cõfestim subditur: Impinguasti
in oleo caput meum: & calix meus in ebrians q̃

præclarus est. Per mensam enim cõmunionem corporis & sanguinis Christi: per calicem ine/ briantem calicem benedictionis sanguinis eius intellige: & calicem id est passionem eius: de quo calice ipse prædixit: Potestis bibere calicẽ quem ego bibiturus sum? & iterum: Pater si possibile est transeat a me calix iste. De ista mẽ sa etiã in Hesaia ita scriptum est: Pone mẽsam: contemplare in specula comedentes & biben/ tes: hoc est actende & contemplare fideles qui pane & uino huius mensæ id est sacramento al taris reficiuntur: ubi illico subinfertur: Surgi te principes & arripite clypeum: quoniam sa/ cramentum corporis & sanguinis domini cly peus & scutum est contra omnes diaboli sug/ gestiones: & irruentes malignorum spiri/ tuum tentationes. Ad quod sacramentum sapi entia nos inuitans sequitur dicens: Venite co/ medite panem meum & bibite uinum quod mi scui uobis. Quibus uerbis Christus Iesus qui est summa sapientia inuitat ecclesiam ad cœ/ nam corporis & sanguinis sui: quemadmo/ dum de hac cœna in euangelio parabolice lo cutus est dicens: Homo quidam fecit cœ/ nam magnam & uocauit multos. Homo nan que iste Christus est: qui uerus deus & ue/ rus homo est; sicut per prophetam dicitur;

Mat.20.c. Item.21.b. Hes.21.b. Luc.14.d.

Hie. Homo est & quis cognoscit eum? Qui pridie q̄ pateretur: sacro sanctam Eucharistiā in magnum amoris indicium instituere dignatus est semet ipsum sacramentaliter tribuens sub speciebus panis & uini. Cuius excessiuum caritatis ardorem erga genus humanum sancta admirans ecclesia decantat dicens: Se nascens dedit socium: conuescens in edulium: se moriens in precium: se regnans dat in præmium.

Figura secunda.

Gen.14.c. At uero Melchisedech rex salem proferens panem & uinum: erat enim sacerdos dei altissimi.

Expositio.

Hæc sacramenta nostrorum sacramentorum figura fuere. Nam apostolus memorans Melchisedech sine genealogia id est sine patre & matre refert ad Christum & per eū ad gloriam gentium: quia gloria capitis ad mēbra refertur. Melchisedech ergo rex pacis uel iustitiæ interpretatur Christi formam gerens: de quo scriptum est: Deus fortis pater futuri sæculi princeps pacis. Per Christum enim reconciliamur deo: quia Ipse est pax nr̄a (ut ait apostolus) qui fecit utraq; unū. Ipse ergo est sacerdos & sacrificiū qui pro omnibus deo patri se

Heb.7.a. (margin)

Hesa.9.q. (margin)

Hephe.2.c. (margin)

in sacrificium & holocaustum obtulit hostiam Item·5·a·
uiuentem & immaculatam in odorem suauita/
tis · Et quemadmodum Melchisedech obtulit
deo panem & uinum in sacrificium: in quo qui/
dem Christi similitudinem præmisit: sic Chri/
stus panem & uinum in corpus suum consecra
uit: quia in hoc sacrificio ipse est sacerdos & ho
stia: de quo mirabili sacramento in psalmo quo
q; euidentissime memoratur: Iurauit dominus Psal·109.
& non pœnitebit eum: tu es sacerdos in æternū
secundum ordinem Melchisedech·

Figura tertia.

Aser pinguis panis eius & præstabit delitias re Gen·49·c·
gibus·

Expositio·

a ser enim diuitiæ uel beatus latine inter
pretatur: per quem Christus dominus
significatur in quo sunt omnes thesauri sapien Collo·2·a·
tiæ & scientiæ absconditi: qui propter nos ege/
nus factus est cum esset diues: ut illius inopia 2·Cor·8.b·
nos diuites essemus. Panis ergo Aser piguis di
citur: per quem panem ipsum dominū qui est
angelorum panis intelligimus qui ait: Ego Ioan·6·d·
sum panis uiuus qui de cœlo descēdi· Panis ita/
q; Aser sacramentum Eucharistiæ designat: in
quo nobis Christus datur in nutrimentum ui/
tæ spiritualis· Per reges autem intelligūtur cœ

lí cíues id eſt apoſtolí & prædicatores cũ Chrí
ſto regnantes:qui iſto cœleſtí pane impingua
tí effectí ſunt reges per exaltationem & dii per
Pſal·81· partícipationem ſicut ſcríptũ eſt:Ego dixí dii
Mat·25·c· eſtís:& illud:Percípite regnum quod uobís pa
Apoc·5·c· ratum eſt a conſtitutione mundi:& íterum:Fe
ciſtí nos deo noſtro regnum & ſacerdotes:& re
gnabímus ſuper terram · Quí reges in aſpectu
& contemplatíone Chríſtí in cœleſti patría ſí/
ne fine delicíantur : ubi ínteríus reficiuntur ín
contemplatione díuinitatis:& exteríus ín aſpe/
ctu hũanitatis Chríſti per quẽ ſaluati ſumus·

Fígura quarta·

Exo·16·d. Iſte eſt panís quem dedít uobis domínus ad ue
ſcendum·

Expoſitio.

m anna nanqꝫ quod dominus deſuper plu
ít ín eſcam filiorum Iſrael panís promiſ/
ſus eſt:ſicut ſuperíus ín libro Exodí ín eodem
Ibí·a· cap·murmurãtibus Hebræis dicítur:Ecce ego
Ioan·6·d· pluam uobis panem de cœlo : per quem Chri/
ſtus in ſacramento fidelibus notatur:ipſe nan/
qꝫ eſt panis qui de cœlo deſcendít & dat uitam
mundo:de quo uiuo & uero pane Moyſes pro
phetico ſpiritu plenus prædixit dicens:Iſte eſt
panís quem dedít uobís domínus ad ueſcen/

dum:de quo etiam alibi per prophetam scribit: Panem angelorum manducauit homo:& illud Psal.77. sapientis: Angelorum esca nutriuisti populū tu Sapi.16.c. um: et paratum panem de cœlo præstitisti illis omne delectamentum in se habentem & omnis saporis suauitatem. Hoc etiam eucharistiæ mirabile sacramentum illud manna absconditum figurauit:de quo in Apocalipsi legitur: Vicen Apo.2.e. ti dabo manna absconditum. Per manna enim Christi corpus (ut supra dictum est) designatur. Per illud uero quod dicitur manna absconditum Christi diuinitas intelligitur: quæ in Christo latebat & latet in sacramento altaris: quemadmodum per Hesayam prophetam dicitur: Vere tu es deus absconditus. Vnde iccir Hesa.45.c. co manna abscōditum dicitur Eucharistia:quoniam ibi neq̧ Christus in quantum homo nec inquantum deus cernitur:sed tantum accidentia uidentur quæ in illo sacrificio sunt sine subiecto. Hoc etiam cœleste sacrificium illi propositionis panes designarunt:de quibus in primo regum libro sic legitur: Dedit ergo Achime 1.Reg.21.b. lech sacerdos Dauid & pueris sanctificatum panem. Neq̧ enim erat ibi panis nisi tantum panes propositionis qui subleuati fuerant a facie domini: ut ponerentur panes calidi. Quod etiam mysterio minime ua

ēat. Nam ſicut in ueteri lege quolibet ſabba/
to remouebantur panes ueteres qui in taberna
Heb.9.a. culo ſeruabantur: uelut apoſtolus ait: Taberna
culum enim factum eſt primum: in quo erant
candelabra & menſa & propoſitio panum quæ
dicitur ſancta: & deinde ponebantur panes cali
di uſq; ad aliud ſabbatum: ita ſancta eccleſia
Chriſti corpus conſecratum in altari recondit:
quod poſtea ex ſacerdote ſumitur: & aliud recē
ter conſecratum ibidem pro fidelium neceſſita
te reponitur. Item hoc ſacramentum illud li/
gnū uitæ figurauit quod in medio paradiſi plā
Gen.2.b. tatum erat: ſicut de illo ſcriptura refert: Produ/
xit dominus deus de humo omne lignum pul
chrum uiſu & ad ueſcendum ſuaue: lignum eti
am uitæ in medio paradiſi: de quo ſi primi parē
tes noſtri etiam poſt lapſum guſtaſſent pote
rant non mori: quemadmodum ſcriptum eſt:
Item.3.d. Nunc ergo ne forte mittat manum ſuam & ſu
mat etiam de ligno uitæ: & comedat & uiuat in
Beda: æternum. Lignū nanq; uitæ (ut dicit Beda) di
ctū eſt: quia diuinitus accepit ut qui ex eo man
ducaret corpus eius ſtabili ſanitate firmaretur:
nec ulla infirmitate uel ætate in deterius uel
Strabus in occaſum laberetur: de quo ligno etiam Stra
bus ſcribit dicens: Lignum uitæ hanc naturali
ter uirtutem habebat: ut qui ex eius fructu co/
mederet;

mederet:perpetua soliditate & beata immorta litate uestiretur:nulla infirmitate uel anxietate uel senii lassitudine uel imbecillitate fatigan/ dus. Vnde impleto numero electorum (ut glos sa super hæc uerba loquitur) gustaturi erant homines de ligno uitæ:& sic ad beatum statum sine morte migraturi. Ita sacramentum corpo/ ris & sanguinis domini illud deuote suscipienti bus uitam æternam pbet;queadmodū in euan gelio dicit: Qui māducat hunc panem uiuet in æternum:& iterum: Siquis manducauerit ex hoc pane uiuet in æternum. De quo mirabili sa crificio etiam per psalmistam dicitur: Cibauit eos ex adipe frumenti:& rursus: Qui posuit fi/ nes tuos pacem & adipe frumenti satiat te. Ad eps nanq; medulla frumenti est: bene ergo di/ cit scriptura: Et adipe frumēti satiat te id est il/ lo cœlesti pane: de quo in euangelio memora/ tur: Pater meus dat uobis panem de cœlo ue/ rum. Sicut enim granum frumenti quod Chri stum Iesum designat: quemadmodum per se met ipsam ueritas declarat dicens: Nisi granū frumenti cadens in terram mortuum fuerit ip/ sum solum manet:solummodo exterius in cor/ tice cernitur:adeps uero siue medulla frumen/ ti non uidetur: ita Christus in humanitate ab hominibus uidebatur; deitas autem quæ in ip/

Ioan.6.f.
Ibi.d.
Psal.80.
Item.147.
Ioa.6.d.
Item.12.c.

Colo·2·b· ſo latebat:ſicut Apoſtolus pҺibet dicēs:Quia in ipſo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter:minime uidebatur:ſic in ſacramē to Euchariſtiæ cortex dumtaxat frumēti hoc eſt ipſa accidentia tantummodo uidētur:adeps autem frumenti id eſt diuinitas & humanitas quæ ibi ſub accidentibus uelatur & tegitur ab hominibus uideri nequaq̄ poteſt · Nunc quidē cortice iſtius frumenti id eſt ſacramentaliter pa

1·Cor.13.d. ſcimur:quia per ſpeculum in ænigmate nūc ui

2·Cor.5·b· demus:& per fidem ambulamus:at cum perue

Heſa·52·c· nerimus ad patriam:remoto cortice facie ad faciem atq; oculo ad oculū ſicuti eſt uidebimus: ubi pleniſſime iſtius frumenti cortice ablato id eſt remotis accidentibus & figuris ipſius Chriſti diuinitate æternaliter ſatiabimur : ubi magna erit ſecuritas:imperturbabilis pax & perfe

Pſal·16· cta ſaturitas:ſicut propheta dicit;Satiabor cum apparuerit gloria tua.

Figura quinta·

3.Reg·19·a· Reſpexit Helias : & ecce ad caput ſuum ſubcineritius panis & uas aquæ : qui cum ſurrexiſet comedit & bibit:& ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus & quadragita noctibus uſq; ad montem dei Oreb·

Expoſitio·

C ibus iſte in cuius fortitudine ac melli/
flua refectione ambulauit Hælias uſq;
ad montem dei Oreb Chriſti corpus deſignat:
quod ſuis fidelibus in cibum ſacramẽtaliter de
dit & quod eſt uiaticum noſtrum in regnũ dei:
unde Hælias uſq; ad montem dei Oreb ambu/
lauit· Oreb enim ardor ſiue menſa interpreta/
tur:quod utiq; magno nõ uacat myſterio. Nã
iſte mons Oreb qui ardor & menſa dicitur illũ
ſupernum & altum montem anogogice figu/
rat:ubi cherubin & ſeraphin diuino accenſi ar
dore flammeſcunt: de quo etiam monte cani/
tur in pſalmo:Quis aſcendet in montem domi Pſal·23·
ni:&illud:Domĩe quis habitabit in tabernacu Item·14·
lo tuo:aut quis requieſcet in mõte ſancto tuo:
Quod autem menſa interpretatur:illam quip
pe cœleſtis regni menſam denotat: ad quam in
euãgelio dominus ſuos inuitat fideles aſſerens:
Vos eſtis qui permanſiſtis mecum in tentationi Luc·22·c·
bus meis:propterea ego diſpono uobis ſicut di
ſpoſuit mihi pater meus regnum: ut edatis &
bibatis ſuper menſam meam in regno meo: ad
cuiuſquidem menſæ participationem nemo at/
tingere ualebit niſi prius iſto ſacramentali pa/
ne:quod eſt uiaticum & præambulũ illius cœ/
leſtis menſæ:fuerit refectus·

Hexo.12.d. Fasciculum hysopi intingite in sanguine: qui est in limine: & expergite ex eo super liminare & utrunq; postem. Nullus uestrum egrediatur ostium domus suæ usq; mane: transibit enim dominus percutiēs Aegyptios. Cūq; uiderit sanguinem super liminari & in utroq; poste: transcendet ostium domus: & non sinet percussorem ingredi domus uestras & lædere.

Expositio.

Per hunc agni cruorem Christi sanguis consecratus & pro nobis in ligno crucis effusus præsignatur: qui etiam figuratus fuit per illum uitulorum sanguinem: de quo alibi legitur q Moyses sumptum sanguinem resExo.24.b, persit in populum & ait: Hic est sanguis foederis quod pepigit dominus uobiscum. Erat enim apud antiquos cōsuetudo: ut alicuius uictimæ sanguinem funderent ad confirmationē Gen.31.g. pacti: probante scriptura quæ dicit: Post q̄ inierūt foedus Laban & Iacob immolatis uictimis in monte uocauit fratres suos & cætera. Sicut ergo uetus testamentum seu pactum confirmatum est sanguine figurali taurorum: ita nouum testamentum seu pactum confirmatum est sanguine Christi: qui per passionem est effusus & fidelibus sacramentaliter exhibitus; quemad-

modum dominus per apostolum dicit: Hic ca/ 1·Cor·11·f·
lix nouum testamentum in meo sanguine: qua
si dicat: per id quod in hoc calice continetur cō/
memoratur nouum testamentum per Christi
sanguinem confirmatum· Sanguis ergo uitulo
rum illius saginati uituli sanguinem designat Luc·1·e.5
quem pater ꝓ regresso filio occidit: de quo san
guine ipse dominus in euangelio dicit: Hic est Mat·16·c·
enim sanguis meus noui testamenti qui pro Mar·14·c·
multis effundetur in remissionem peccato/ Luc·22·b·
rum·

De non nullis authoritatibus
noui testamenti de sacramento
altaris.

Ego sum panis uitæ: qui uenit ad me non Ioan·6.d.
exuriet: & qui credit in me non sitiet in
æternum· Ego sum panis uitæ: patres
uestri manducauerūt manna in deserto & mor
tui sunt· Hic est panis de cœlo descendens: si/
quis manducauerit ex hoc pane uiuet in æter/
num: & panis quem ego dabo caro mea est pro
mundi uita.
Non Moyses dedit uobis panē de cœlo: sed pa Ibi.d.
ter meus dat uobis panem de cœlo uerum· Pa/
nis enim uerus est qui de cœlo descendit & dat

uitam mundo.

Ibi.f. a men amen dico uobis nisi manducaueri
tis carnem filii hominis & biberitis eius
sanguinem:non habebitis uitam in uobis. Qui
mãducat meã carnẽ & bibit meũ sanguinẽ hẽt
uitã æternã & ego resuscitabo eũ in nouissimo
die. Caro eni mea uere est cib9 & sanguis me9
uere est pot9. Qui mãducat meã carnẽ & bibit
meum sanguinem in me mãet & ego in illo. Si
cut misit me uiuens pater: & ego uiuo propter
patrem:& qui manducat me & ipse uiuet pro/
pter me: non sicut manducauerunt patres ue/
stri manna & mortui sunt. Qui manducat hũc
panem uiuet in æternum. Spiritus est qui uiui
ficat:caro non prodest quicq̃. Verba quæ ego
locutus sum uobis spiritus & uita sunt.

Mat.8.a. Domine non sum dignus ut intres sub tectum
meum.

Item.22.b. Amice quomodo huc intrasti non habens ue/
stem nuptialem?at ille obmutuit: tũc dicit rex
ministris:ligatis manibus & pedibus eius mit/
tite eum in tenebras exteriores:ibi erit fletus &
stridor dentium.

1.Cor.5.b. Expurgate uetus fermentum ut sitis noua con
spersio sicut est azimi; &enim pascha nostrum

immolatus est Christus:itaq; epulemur non in fermento ueteri neq; in fermento malitiæ & nequitiæ sed in azimis synceritatis & ueritatis.

Non potestis calicem domini bibere & calicem dæmoniorum:non potestis mensæ domini participes esse & mensæ dæmoniorum.

Pueri communicauerunt carni & sanguini. Heb.2.d.

Habemus altare de quo edere non habent potestatem nisi qui tabernaculo deseruiunt. Item.13.b.

Calix benedictiõis cui benedicimus non ne cõmũicatio sanguinis Christi est? & panis quem frangimus non ne communicatio corporis domini est? Quoniam unus panis & unum corpus multi sumus omnes qui de uno pane & de uno calice participamus. 1.Cor.10.d.

Ego enim accepi a domino quod & tradidi uobis:quoniam dominus Iesus in qua nocte tradebatur:accepit panem & gratias agens fregit& dixit:Accipite & manducate:hoc est corpus meum quod pro uobis tradetur:hoc facite in meã cõmemorationem. Similiter & calicem postq̃ cœnauit dicens: Hic calix nouum testamentum est in meo sangnine: hoc facite quotiescunque bibitis in meam commemorationem. Quotiescunq; enim manducabitis panẽ hunc: 1.Cor.11.e.

mortem domini annunciabitis donec ueniat·
Itaq; quicunq; manducauerit panem hunc &
biberit calicem domini indigne: reus erit corpo
ris & sanguinis domini· Probet autem se ipsum
homo: & sic de pane illo edat & de calice bibat·
Qui enim mãducat & bibit indigne: iudicium
sibi manducat & bibit non diiudicans corpus
domini·

Qualiter Iudas Scarioth uen
didit dominum Iudæis· cap·xix·

Mat·26.b·
Mar·14·b·
Luc.22·a·

i ntrauit autem Sathanas in Iudam qui
cognominabatur Scarioth unũ de duo
decim: qui abiit ad principes sacerdo/
tum: & locutus est cum principibus quemad/
modũ traderet eis Iesum: & ait illis: Quid uul/
tis mihi dare & ego eum uobis tradam? Qui au
dientes gauisi sunt & promiserũt & pacti sunt
pecuniam illi dare: & constituerunt illi trigin/
ta argenteos & spopondit. Et exinde quærebat
opportunitatem: ut eum opportune traderet si
ne turbis·

Figura·

Gen·37·e· Dixit ergo Iudas fratribus suis: Quid prodest
nobis si occideremus fratrem nostrum & cela/
uerimus eius sanguinem? melius est ut uenun/
dentur

detur̄ Hismaelitis: & manus nostræ non pol luantur: frater enim & caro nostra est. Acquie uerunt fratres sermonibus illius & prætereuntibus Madianitis negociatoribus extrahentes eum de cisterna uendiderunt eum Hismaelitis uiginti argenteis; qui duxerunt eum in Aegyptum.

Expositio.

Quemadmodum Ioseph cōsilio Iudæ fratris sui uenditus est Hismaelitis: ita Christus a Iuda Scarioth traditus & uenditus fuit scribis & phariseis triginta argenteis.

Et appenderunt mercedem meā triginta argenteis: & infra: Decorū pretium quo appretiatus sum ab eis. Zach.ii.c.

Super tribus sceleribus Israel & super quatuor non conuertam eum: pro eo ꝙ uendiderunt ꝓ argento iustum & pauperem pro calciamento. Am.z.b.

Etenim homo pacis meæ in quo speraui: qui edebat panes meos magnificauit super me supplautationem. Psal.40.

Qualiter dominus Iesus a Iuda osculo traditus a Iudæis captus fuit. cap.xx.

Mat·26·d· Mar.14.e· Luc·22·e· Ioan·18. a·

Iudas ergo cum accepiſſet cohortem a pontificibus & phariſæis miniſtros: ue nit cum lanternis & facibus & armis in prædium cui nomen Gethſemāi: ubi cōuene rat Ieſus cum diſcipulis ſuis. Et adhuc Ieſu lo quente ecce Iudas Scarioth unus de duodecim & cum eo turba multa cum gladiis & fuſtibus miſſi a principibus ſacerdotum & ſcribis & ſe nioribus populi·Dederat autem traditor eis ſi gnum dicens: Quemcunq; oſculatus fuero: ip ſe eſt tenete eum:et ducite caute· Et antecede bat eos:& appropinquauit Ieſu ut oſcularetur eum: & cum ueniſſet ſtatim acceſſit ad eum & ait:Aue rabi·Et oſculatus eſt eum· dixit ei Ie ſus:Amice ad quid ueniſti? Iuda oſculo filium hominis tradis? Ieſus itaq; ſciens omnia quæ uē tura erant ſuper eum proceſſit & dixit eis: Quē quæritis? Reſpōderunt ei: Ieſum Nazarenum· Dixit eis Ieſus:Ego ſum· Stabat autem Iudas qui tradidit eum cum ipſis:ut ergo dixit eis Ie ſus ego ſum:abierunt retrorſum: & ceciderunt in terram·Iterum ergo ĩterrogauit eos: Quem quæritis? Illi autem dixerūt:Ieſum Nazarenū· Reſpondit Ieſus:Dixi uobis quia ego ſum:ſi er go me quæritis ſinite hos abire· Vt impleretur ſermo quem dixit:quia quos dediſti mihi: non perdidi ex eis quenq̄· Tūc acceſſerūt & manus

iniecerunt in Iesum & tenuerūt eū. Vidētes au
tē ii qui cū eo erāt quod futuꝝ erat: dixerūt ei:
Dñe si percutimus in gladio? Simon ergo Pe/
trus habens gladium eduxit eum: & percussit
summi sacerdotis seruū: & abscidit auriculam
eius dextram: erat autē seruo nomen Malcus.
Dixit ergo Iesus Petro: Mitte gladiū tuū in ua
ginā: calicē quē dedit mihi pater non uis ut bi/
bā illū? oēs enim qui acceperint gladium: gla/
dio peribūt. An putas quia nō possum rogare
patrē meū: & exhibebit mihi modo plusq̄ duo
decim legiōes angeloꝝ? quomodo ergo imple/
bunť scripturæ? quia sic oportet fieri. Et cū teti
gisset auriculā ei9 sanauit eū. Dixit autē Iesus
ad eos qui uenerant ad se principes sacerdotū
& magistratus tēpli & seniores: Tanq̄ ad latro
nē existis cum gladiis & fustibus comprehen/
dere me: cum quotidie fuerim uobiscum in tem
plo: & sedebam docens: & non me tenuistis: sed
hæc est hora uestra & potestas tenebraꝝ. Hoc
autē totum factū est ut adimplerenť scripturæ
ꝓphetaꝝ: tūc discipuli relicto eo oēs fugierūt.
Adolescens autem quidam sequebatur eū ami/
ctus sindone super nudo: & tenuerunt eum: at
ille relicta sindone nudus profugit ab eis. Co
hors autē & tribun9 & ministri Iudæoꝝ cōpre
henderunt Iesum: & tenentes ligauerunt eum:

& adduxerunt eum ad Annam primum: erat enim socer Caiphae qui erat pontifex anni illius. Erat autem Caiphas qui consilium dederat Iudaeis: quia expedit unum mori pro populo. Et conuenerūt in unum omnes sacerdotes scribae & pharisei & seniores.

Figura prima.

2.Reg.20.c Dixit itaq; Ioab ad Amasam: Salue mi frater. Et tenuit manu dextra mentum Amasae quasi osculans eum. Porro Amasa nō obseruauit gladium quem habebat Ioab: qui percussit eum in latere: & effudit intestina eius in terram & mortuus est.

Expositio.

Ioab enim qui distillatio doloris uel ululationis interpretatur: quiq; dissimulans pacem cum Amasa eum dolose occidit: Iudae Scariothis figura & umbra fuit: qui Christum Iesum osculo Iudaeis in mortem tradidit:
Hie.9.c. de quo alibi dicitur: In ore suo pacem cum amico suo loquitur: ut in occulto ponat ei insidias.
Psal.54. Et illud psalmistae: Molliti sunt sermones eius super oleum & ipsi sunt iacula. Amasa uero qui substollens latine dicitur Iesum dominum designauit: qui ad fidem suam gētium populos substollens: eos usq; ad paradisi gaudia secum perenniter regnaturos extulit.

Figura ſecunda·

Dixerūt uiri Iuda ad Samſonem: Ligare te ue nimus & tradere in manus Philiſtinorum, Li/gaueruntq; eum duobus nouis funibus· Iud·15·c·

Expoſitio.

Samſon hebraice: latine ſol fortis & illuminans eos interpretatur: ex græco autem hoc uocabulum in latinum traductum ſalutaris dicitur: illum ſcilicet præſignans qui ſol iuſtitiæ deus fortis & ſaluator mundi dicitur· Pſal.23· Ligatio ergo Sāſonis Chriſti ligatiōem ſignificat: unde quemadmodum Samſon a Phileſteis uinctus fuit: ita Chriſtus a Iudæis captus & ligatus extitit: & Pilato uiro gentili ut eum morti traderet præſentatus eſt: ſicut teſtus euāgelicus demōſtrat dicens: Comprehenderūt Iudæi Ieſum: & tenentes ligauerunt eum: & adduxerunt ad Annam primum· Et paulopoſt inqt euangeliſta: Et ſurgens omnis multitudo eorum & uincientes Ieſum duxerunt illum ad Pilatum· Ioan·3·f· Ioan·18·b·

Spiritus oris noſtri Chriſtus dominus captus eſt in peccatis noſtris: cui dixius: In umbra tua uiuemus in gentibus· Trhe·4·d.

Percute paſtorem & diſpergentur oues gregis· Zach·13·c·

Dereliquerunt me propinqui mei: & qui me no Iob·19·c·

uerũt obliti sunt mei· Inqlini domus meæ & an cillæ meæ sicut alienũ habuerũt me:& q̃si pegri nus fui in oculis eorũ· Stulti quoq; despiciebãt me:& cum ab eis recessissem detrahebãt mihi· Abomiati sunt me cõdam cõsiliarii mei:& qué maxime diligebam aduersatus est mihi·

Item,6·c· Ecce non est auxilium mihi in me: & necessarii quoq; mei recesserunt a me· Fratres mei præte· rierunt me sicut torrens;qui raptim transit in conuallibus·

De missione Iesu ad Annam:& de alapa Iesu, cap·xxi·

Mat·26·f· Sequebatur autem Iesum Simon Petrus
Mar,14·f, & alius discipulus:discipulus autem ille
Luc.22 ·f· erat notus pontifici ; & intrauit in atriũ
Ioan·18, c· cum Iesu:Petrus autẽ stabat ad hostium foris· Exiuit ergo alius discipulus qui erat notus põ tifici:& dixit hostiariæ:& introduxit Petrum, Pontifex ergo interrogauit Iesum de discipu/ lis & de doctrina eius:respõdit ei Iesus:Ego pa lam locutus sum mũdo:ego semper docui in sy nagoga & in templo:in quo omnes Iudæi con/ ueniunt:& in occulto locutus sum nihil ; quid me iterrogas? Interroga eos qui audierũt quæ locutus sum eis; ecce ii sciũt quid dixerim ego·

Hæc cũ dixiſſet: unus aſſiſtens miniſtrorũ de dit alapam Ieſu dicens: Sic reſpondes pontifi ci? Reſpondit ei Ieſus: Si male locutus ſum: teſti monium perhibe de malo: ſi autẽ bene: cur me cædis? Et miſit eum Anna ligatum ad Caiphã pontificem.

Dedit percutienti ſe maxillam: ſaturabitur op- propbriis. Trhen. 3. d.

In uirga percutiẽt maxillã iudicis Iſrael. Mich. 5. a.

Aperuerunt ſuper me ora ſua: & exprobrantes percuſſerunt maxillam meam: ſatiati ſunt pœ- nis meis. Concluſit me deus apud iniquum: & manibus impiorum me tradidit. Iob. 16. b.

Qualiter dominus Ieſus miſſus fuit ab Anna ad Caipham pontifi cem. cap. xxii.

m iniſtri ergo tenentes Ieſum duxerunt il lum ad Caipham principem ſacerdotũ ubi ſcribæ ſeniores & phariſei conuene rant. Petrus autẽ ſequebat eum a longe uſq; in atriũ põtificis ſacerdotũ: & ingreſſus itro ſede bat cũ miniſtris ut uidret finẽ: Accẽſo aũt igne ĩ medio atrio & circũſedẽtibus illis: erat Petrus in medio eoꝝ: & calefaciebat ſe ad ignẽ. Priceps autem ſacerdotum & omne conſilium quære-

Mat. 26. f. Mar. 14. f. Luc. 23. a. Ioan. 18. e.

bant contra Iesum falsum testimonium ut eum
morti traderet: & non inueniebant: cum multi
falsi testes accessissent: & conuenientia testimo
nia nō erant. Nouissime autem uenerūt duo fal
si testes: & falsum testimonium ferebant aduer
sus eum dicentes: Quoniam nos audiuimus eū
dicentem: Ego dissoluam hoc templum manu
factum: & post triduum reædificabo illud non
manu factum. Et non erat conueniens testimo
nium illorum: & surgens summus sacerdos in/
terrogauit Iesum dicens: Non ne respondes qc
q̄ ad ea quæ tibi obiiciuntur ab his? Ille autem
tacebat: & nihil respōdit. Rursus summus sacer
dos interrogauit eum: & dixit ei: Adiuro te per
deum uiuū: ut dicas nobis si tu es Christus fi
lius dei benedicti. Dixit ei Iesus: Tu dixisti: ego
sum: uerumtamen dico uobis: amodo uidebitis
filium hominis sedentem a dextris uirtutis dei:
& uenientem in nubibus cœli. Tunc princeps
sacerdotum scidit uestimenta sua dicens: Blas/
femauit: quid adhuc egemus testibus? Qui om
nes condennauerunt eum reum esse mortis. Et
uiri qui tenebant eum: illudebāt ei: tunc expue
runt in faciem eius: & uelauerunt eum cæden/
tes eum colaphis: & interrogauerunt eum dicē
tes: Prophetiza nobis Christe: quis est qui te p
cussit? Ministri autem alapis cædebant: & alia
multa

multa blasfemantes dicebant in eum.

Figura.

Apprehendentes ergo Philistei Samsonem: statim eruerunt oculos eius: & duxerunt Gazam uinctum catenis: & clausum in carcere molere fecerunt. Iudic.16.e.

Expositio.

Quod Philistei Samsonis oculos eruerunt: eumq; ad eius irrisionem & ridiculum molere & opprobriose in conuiuiis ludere fecerunt: Iesu Christi domini nostri figura fuit: cuius oculos & facie Iudaei uelauerunt: eiq; illuserunt: ac in faciem expuerũt: alapis caeciderunt: & multa alia opprobria fecerunt: nec non ad eius irrisionem dicebant: Prophetiza nobis Christe: quis est q te pcussit? Mat.26.g.

Nunc in eorum cãticum uersus sum: & factus sum eis in prouerbiũ. Abominant me & lõge fugiũt a me: & faciẽ meã cõspuere nõ uerent. Iob.30.b.

Audiui contumelias multorum & terrorem in circuitu. Hie.20.d.

Insurrexerunt in me testes iniqui: & mẽtita est iniquitas sibi. Psal.26.

Surgentes testes iniqui quae ignorabam interrogabant me. Retribuebant mihi mala pro bonis: sterilitatem animae meae. Et fui flagella- Item.34.

tus tota die:& castigatio mea in matutinis.

De hora prima in qua dominus Iesus Pilato presentatus est:& de suspendio Iudæ. cap.xxiii.

Mat.27.e. Mar.15.b. Luc.22.a. Ioan.18.g.

Mane autem facto consilium inierunt omnes príncipes sacerdotum & seniores populi aduersus Iesum: ut eum morti traderent: & adduxerunt eum in consilium suum dicētes: Si tu es Christus dic nobis. Et ait illis: Si dixero uobis nō creditis mihi: si autem interrogauero:non respondebitis mihi neq; dimittetis:ex hoc autem erit filius hominis sedēs a dextris uirtutis dei. Dixerunt autem omnes: Tu ergo es filius dei? qui ait: Vos dicitis qa ego sum. At illi dixerunt: Quid adhuc desideramus testimoniū? ipsi enim audiuimus de ore eius. Et surgens omnis multitudo eorum & uincientes Iesum duxerunt illum ad Pilatum a Caipha in prætorium. Erat autem mane:& ipsi non introierunt in prætorium:ut non contaminarentur: sed manducarent pascha. Exiuit ergo Pilatus ad eos foras:& uinctum adduxerunt & tradiderunt Pontio Pilato præsidi. Tunc uidens qui eum tradidit qđ damnatus esset: pœnitētia ductus retulit triginta argenteos principibus sa-

cerdotum & senioribus populi dicens: Peccaui
tradens sanguinem iustum. At illi dixerunt:
Quid ad nos? Tu uideris. Et proiectis in téplo
argenteis recessit: & abiens laqueo se suspen/
dit. Principes autem sacerdotum acceptis argé
teis dixerunt ad inuicem: Non licet mittere eos
in corbonam: quia precium sanguinis est. Con
silio autem inito emerunt ex illis agrum figuli
in sepulturam peregrinorum: propter hoc uo/
catus est ager ille Acheldamach hoc est ager
sanguinis usq; in hodiernum diem. Tunc adim
pletum est: quod dictum est per Hieremiã pro Zach. 11. c.
phetam dicentem: Et acceperunt triginta ar/
genteos precium appreciati: quod appreciaue/
runt a filiis Israel: & dederunt eos in agrum fi
guli sicut constituit mihi dominus.

Viri fratres oportet impleri scripturam: quam Act. 1. c.
prædixit spiritus sanctus per os Dauid de Iu/
da qui fuit dux eorum: qui comprehenderunt
Iesum: qui c. nnumeratus erat in nobis: & sorti
tus est sortem mynisterii huius: & hic quidem
possedit agrum de mercede iniquitatis: & su/
spensus crepuit medius: & diffusa sunt omnia
uiscera ei9: & notũ factũ est oĩbus habitãtibus
Hierusalé: ita ut appellaretur ager ille lingua eoꝝ
Acheldamach hoc est ager sanguinis.

Figura·

2.Reg·17·f· Porro Achitophel uidens ꝗ non fuisset factũ consilium suum:strauit asinum suũ: surrexitq; & abiit in domum suam & in ciuitatem suam; et disposita domo sua suspendio interiit·

Expositio·

m anifestissime quidem patet suspendium Achitophelis Iudæ suspendium præsi/gnasse· Achitophel enim & nomine & uita & morte Iudæ Scariothis figura fuit·Achitophel nanq; frater meus tractans iterpretatur: sicut ergo Achitophel consilium dedit Absoloni cõtra Dauid qui manu fortis dicitur:ut in eum irrueret:& tam ipsum Dauid q̃ exercitum suum trucidaret:sic Iudas cõsilium dedit Iudæis quo modo Iesum Christum per Dauid figuratum caperent & occiderent: & quemadmodum A/chitophel suis se manibus suspendit; ita Iudas suspendio uitam miserabilem finiit·

Psal.108· Deus laudem meam ne tacueris:quia os dolosi & os peccatoris super me apertum est.Consti/tue super eum peccatorẽ:& diabolus stet a dextris eius·Cum iudicatur exeat cõdemnatus: & oratio eius fiat in peccatum (Hoc tunc impletum fuit:quando Iudas de dei misericordia dif

fisus ac desperatus dixit:Peccaui tradēs sangui
nem iustum. Et ꝓiectis in templo argenteis re
cessit:& abiens laqueo se suspendit) Fiant dies
eius pauci: & episcopatum eius accipiat alter:
(hoc est Mathias qui pro Iuda subrogatus est Act.1.d.
in numero & collegio apostolorum) Fiant fi/
lii eius orphani & uxor eius uidua. Nutantes
transferantur filii eius & mendicēt: & eiiciant
de habitatiōibus suis. Scrutet fœnerator oēm
substantiā eius:& diripiant alieni labores eius.
Non sit illi adiutor: nec sit qui misereatur pu/
pillis eius. Fiant nati eius in interitum: in gene
ratione una deleatur nomen eius. In memoriā
redeat iniquitas patris eius:& peccatum matris
eius non deleatur. Fiant contra dominum sem/
per:& dispereat de terra memoria eorum: pro
eo ꝙ non est recordatus facere misericordiam.
Et persecutus est hominem inopem & mendi/
cum (scilicet Christum Iesum: qui cum esset 1.Cor.8.b.
diues egenus factus est:ut illius inopia nos di/
uites essemus) Et conpunctum corde mortifi
care. Et dilexit maledictionem sicut uestimen/
tū:& intrauit sicut aqua in īteriora ei9: & sicut
oleum in ossibus eius. Fiat ei sicut uestimentum
quo operitur:& sicut zona qua semper præcin
gitur. Hoc opus eorum qui detrahunt mihi
apud dominum: & qui loquuntur mala aduer

ſus animam meam·

Qualiter Ieſus ſtetit ante Pilatum præſidem: eūq; Pilatus morti dam nauit:& de multis pœnis & oppro briis domini· cap·xxiiii·

Mat·27.c· Mar·15·b· P ilatus ergo uolens populo ſatiſfacere tradidit Ieſum flagellis cæſum ut cruci figeretur. Tunc milites præſidis ſuſcipi entes Ieſum in prætorio congregauerūt ad eū uniuerſam cohortem:& exuentes eum : clami/dem coccineam circumdederūt ei:& plectentes coronā de ſpinis impoſuerunt ſuper caput eius & arundinem in dextera eius: & genu flexo an te eum illudebant ei dicentes:Aue rex Iudæo/rum·Et expuentes in eum acceperunt arundi/nem:& percutiebant caput eius: & poſtq̄ illuſe rūt eum:exuerūt clamidē:& induerūt ueſtimē tis ſuis:& eduxerunt eum ut crucifigeretur·

Heſa·50·b· Dominus deus aperuit mihi aurem:ego autem non contradico retrorſum nō abii· Corpus me um dedi percutientibus & genas meas uellenti bus.Faciem meam non auerti ab increpātibus & conſpuentibus in me:dominus deus auxilia tor meus:& ideo non ſumconfuſus:ideo poſui

faciem meam:ut petram durissimam.
Captabunt in animam iusti & sanguinem ino- Psal.93.
nocentem condemnabunt.

Nunc in eorꝫ canticũ uersus sum:& factus sum Iob.30.b.
eis in prouerbiũ.Abominant̃ me:& lõge fugi
unt a me:& faciẽ meã cõspuere nõ uerent̃.

De hora tertia:& qualiter domius
Iesus ad crucifigendum ducitur.
cap.xxv.

P ost hæc milites susceperunt Iesum:& Mat.28.d.
eduxerunt eum:& baiulans sibi crucẽ Mar.15.b.
exiuit in eum:qui dicitur Caluariæ lo Luc.23.d.
cũ:Heb aice autem Golgatha:& cum ducerẽt Ioan.19.d.
eum:apprehẽderunt Simonem quendam Cyre
nensem uenientem de uilla patrem Alexandri
& Rufi:hunc angariauerũt ut tolleret crucem
eius:& imposuerunt illi crucem portare post Ie
sum.Sequebatur autem illum turba multa po
puli & mulierum:quæ plangebant & lamenta
bantur eum:conuersus autẽ Iesus ad illas dixit:
Filiæ Hierusalẽ nolite flere sup me sed sup uos
ipsas flete & super filios uestros:quoniã ecce ue
nient dies;in quibus dicent;Beatæ steriles &

uentres qui non genuerunt: & ubera quæ non
lactauerunt. Tunc incipient dicere montibus;
Cadite super nos: & collibus operite nos. Quia
si in uiridi ligno hoc faciunt: in arido quid fi-
et? Ducebantur & alii duo neq̃ cum eo ut inter
ficerẽtur: & uenerũt in locum qui dicitur Gol
gotha: quod est Caluariæ locus: & dederunt ei
uinum myrrhatum bibere cum felle mistum:
& cum gustasset noluit bibere. Crucifixerunt
eum & latrones unum a dextris: & alterum a si
nistris hinc & hinc medium autem Iesum: &
Hesa. 53. d. impleta est scriptura: quæ dicit: Et cum scelera
tis reputatus est. Iesus autem dicebat: Pater di
mitte illis: nõ enim sciũt qd faciũt. Scripsit aũt
Pilatus titulum causæ eius: & posuit super cru-
cem super caput eius. Hic est Iesus nazarenus
rex Iudæorũ: Erat supra scriptio scripta super
illum literis græcis latinis & hebraicis. Hunc
ergo titulum multi legerunt Iudæorum: quia
prope ciuitatem erat locus ubi crucifixus est Ie
sus. Dicebant ergo Pilato pontifices: Noli scri
bere rex Iudæorũ: sed quia ipse dixit: rex sum
Iudæorum. Respondit Pilatus: Quod scripsi
scripsi. Milites ergo cum crucifixissent eum: ac
ceperunt uestimenta eius: & fecerunt quattuor
partes unicuiq; militi partem & tunicam. Erat
autem tunica incõsutilis desuper contexta per
totum.

totum·Dixerunt ergo ad inuicem: Non scinda
mus eam:sed sortiamur de ea cuius sit· Ut scri/
ptura impleretur dicens: Partiti sunt uestimen Psal.21.
ta mea sibi:& in uestem meam miserunt sorté·
Et milites quidem hæc fecerunt: erat autem ho
ra tertia:& crucifixerunt eum.

Figura prima·

Porro Dauid ascendens cliuum oliuarum scan 2·Reg·15·f.
dens & flens nudis pedibus incedens & cooper
to capite.

Expositio·

d auid qui manu fortis interpretatur:
Christum Iesum significat: qui domi/ Psal.23.
nus fortis & potés & deus fortis dicitur. Sicut Hesa·9·b.
ergo Dauid Absolonem filium suum fugiens:
nudisq; pedibus & cooperto capite incedens ac
montem oliuarum scandens amarissime fleb. et
sic Christus mõtem id est crucis patibulũ ascé
dens:cooperto capite id est corona spinea coro
natus: plangens & eiulans nudis pedibus mi/
grabat·

Figura secunda·

Tolle filium tuum unigenitum quem diligis Gen·22·a.
Isaac:& uade in terram uisionis:atq; ibi offeres
eum in holocaustum super unum montium:
quem mostrauero tibi·

Expositio.

h aec oblatio Isaac Christi unigeniti dei patris filii oblationem præsignauit: qui pro mundi salute semet ipsum in ara crucis deo patri in holocaustum & hostiam placationis obtulit. In istis itaq; uerbis quæ ad Habraam dicta sunt: consilium dei patris exprimit de morte scilicet unigeniti filii: qui mundum perditũ

Ioan. 3. b. uiuificauit & redemit sicut scriptũ est: Sic deus dilexit mundum: ut filiũ suũ unigenitũ daret.

Figura tertia.

Exo. 12. a. Decima die mensis huius tollat unus quisq; agnũ per familias & domos suas: & infra: Erit enim agnus absq; macula.

Expositio.

q uid agnus iste pro liberatione populi Israel immolatus designat: nisi illũ im-

1. Pet. 2. d. maculatum agnum in cuius ore nunq̃ fuit inuetus dolus: de quo ante tot annorum curricu

Hie. 11. d. la Hieremias uates prælocutus est dicẽs: Ego quasi agnus mansuetus qui portatur ad uicti-

Ioan. 1. d. mam. Et de quo in euangelio scribitur: Ecce agnus dei ecce qui tollit peccata mundi. Hic quidem agnus ille est: qui in altari crucis immolatus totius orbis delicta diluit; & populum sibi credentem a diabolica seruitute liberauit. Circa istius agni immolationẽ multa cõsideranda essent. Nam oĩa in Christi figura agebantur;

unum est: quod silendũ minime puto. Nã sicut agnus iste decima die mensis Aprilis sumebat: deinde in quarto decimo eiusdem mẽsis die im molabatur: sic Christus Iesus decima die mẽsis iuxta Hierusalẽ aduentauit quasi se aduictimã præparans: sequenti autem die asellum equi/tans cũ magna gloria & fauore a turbis & ple be susceptus est: reliquis autem diebus a Iudæ/is custoditus & obseruatus est: quomodo eum occiderent usq; ad quartum decimum diem: in quo a Iuda uenditus atq; traditus phariseis cœ na cum suis discipulis peracta in cruce pro ho mine immolatus est.

Figura quarta.

Anima quæ peccauerit per ignorantiam: & de uniuersis mandatis domini: quæ præcepit ut non fierent: quippiam fecerit. Si sacerdos qui unctus est peccauerit delinquere faciens popu lum: offeret pro peccato suo uitulum immacu/latum domino: & infra: Ipsum autẽ uitulũ of/feret extra castra: atq; comburet sicut & priorẽ uitulum: q est ꝓ peccato multitudinis. Leui. 4. a.

Expositio.

c uncta sacrifitia q̃ (sicut dñs p̄cepat) imo labãt a populo Iudęoꝝ: Christi oblationẽ i cruce ꝓ oĩum peccatis factã figurabãt. Et gñ raliter oĩum sacrificiorũ illa diuersitas unum

& uerum Christi sacrificium designabat: qui
sui immolatione in patibulo crucis omnibus sa
crificiis finem imposuit: ac humāum genus pe
nitus expiauit. Itaq; per multa imperfecta unū
perfectum figurabatur. Figuratus ergo fuit do
minus Christus per uitulum: qui pro peccato
multitudinis extra castra immolabat: sic Chri/
stus extra castra hoc est extra Hierusalem pro
1. Pet. 2. d. omniū salute immolatus & passus est: qui pec/
cata nostra pertulit super lignū in corpore suo.
Luc. 15. f. Hic enim est uitulus ille saginatus quem pater
pro filio prodigo a longinqua regione regres/
so ubi omnem substantiam suam dilapidarat:
iugulauit: magnum conuiuium fecit & lætitiā
habuit. Præsignat9 etiam fuit dominus per ho
Leui. 19. a. stiam pacificorum: per quam hostiam dum se
Col. 1. c. ipsum obtulit patri: pacificauit ꝑ sanguinē cru
cis eius siue quæ ī terris siue quæ in cœlis sunt.
Designatus quoq; fuit per oblationem & hosti
Leui. 3. a. am de boue propter ei9 fortitudinē laborantē:
Item ibi. b. & ꝑ hostiā de oue ꝓpter innocentiā & ꝑseuerā
tem patientiam: unde dictum fuit per Hesaiā:
Hesa. 53. e. Tanq̃ ouis ad occisionem ducetur. Item desi/
Exo. 12. a. gnatus fuit per oblatiōem factam per hædum
& caprā: per hoc enim significabat in Christo
Rom. 8. a. similitudo carnis peccati: unde apostol9 ait: Mi
sit deus filium suum in similitudinē carnis pec/

cati· Figuratus fuit per hircum immolatum:in Leui · 4 . e·
quo magnum quid considerandum est · Nam
sicut hirci cruor Adamantem præ omnibus gē
mis durissimum liquefacit & diuidit: sic Chri/
sti sanguine fidelium corda liquefacta & scissa
sunt in amorem & affectum suum· Præfigura/
tus etiam fuit per arietem immolatum; quem Item · 5 · d·
admodū enim aries dux est ouiū & eum sequū
tur oues: ita Christus dux est ouium suarum
& caput omnium fidelium:de quibus in euan/
gelio dicit· Ego cognosco oues meas: & cogno Ioan · 10. c·
scunt me meæ:& uocem meam audiūt· Pro qui
bus ouibus tanq̄ arietem se ipsum obtulit deo
in holocaustum & placabile sacrificium· Signa
tus quoq; fuit per oblationem & sacrificia co/ Leui · 2 · b.
cta & assata in clibano:clibanus quippe est ute
rus uirginis· Nam sicut clibanus panem susci/
pit ut coquatur: sic uirginis uterus Christum
qui est panis uitæ concepit:ut in cruce igne pas Ioan · 6 . d.
sionis assaretur· Prænotatus fuit per oblationē
factam in sartagine id est in cruce:sicut enim sar ibi·b·
tago media inter ignem & cibū est:Sic quodā
modo crux inter impassibilem diuinitatem &
passibilem humanitatem: quæ in igne passio/
nis assata atq; cremata est · Præsignatus etiam
fuit per sacrificium coctum in craticula: quod
certe sacrificium illud ultimum & uespertinum

sacrificium designauit: de quo in psalmo legit:
Psal. 140. Eleuatio manuũ mearum sacrificium uesperti
num: id est extensio manuũ mearum in ara cru
cis erit sacrificium uespertinum & ultimũ: per
quod omnia antiquæ legis sacrificia quæ istius
unius & ueri sacrificii typus fuerunt delebun/
tur: huiusmodi tantũ sacrificio p̄manente usq;
ad mundi finem duraturo: quod est mysterium
corporis & sanguinis Christi: quod in mẽoriã
suæ passionis a fidelibus sumitur: & pro pecca/
tis populi quotidie offertur.

Hier. 11. c. Tu autem domine demõstrasti mihi: & ego co
gnoui. Tu ostendisti mihi studia eorum. & ego
quasi agnus mansuetus qui portatur ad uicti/
mam.

Hesa. 53. c. Oblatus est: quia ipse uoluit & non aperuit os
suum: sicut ouis ad occisionem ducetur: & qua/
si agnus coram tendente se obmutescet & non
aperiet os suum.

De hora sexta & opprobriis Christi
in cruce. cap. xxvi.

Mat. 27. e. Mar. 15. c. Luc. 23. e. Ioan. 19. i. Prætereuntes autẽ blassemabant eũ mo-
uentes capita sua & dicentes: Vah qui
destruis templũ dei: & in triduo illud
reædificas: salua te ipsum: si filius dei es descen/

de de cruce·Similiter & principes sacerdotum illudentes ad alterutrum cum scribis & seniori bus dicebant:Alios saluos fecit se ipsum nõ po test saluum facere: si rex Israel est:descendat nunc de cruce & credimus ei · Confidit in deo: liberet eũ si uult:dixit enim quia filius dei sum· Stabat autem populus expectans:& deridebãt eum principes cum eis dicentes:Alios saluos fe cit:se ipsum saluũ faciat si hic est Christus dei electus·Illudebant autem ei & milites acceden tes & acetum offerentes illi & dicentes:Si tu es rex Iudæorum:saluũ te fac. Vnus autem ex iis qui pendebãt latronibus blasfemabat eum di/ cẽs:Si tu es Christus:saluũ fac te ipsum & nos. Respondens autem alter increpabat eũ dicens: Neq; tu times deum qui in eadem damnatione es:& nos quidem iuste·Nam digna factis rece pimus:hic uero quid mali gessit? Et dicebat ad Iesum: Domine memento mei dum ueneris in regnum tuum·Et dixit illi Iesus: Amen amen dico tibi:hodie mecum eris in paradiso·Erat au tem fere hora sexta·

Figura prima·

Fac serpentem æneum: & pone eum ꝑ signo:q pcussus aspexerit eũ uiuet· Fecit ergo Moises serpẽtem æneum:& posuit eum pro signo: quẽ cum percussi aspicerent sanabantur· Nũ·21. c·

Expoſitio.

ſ erpens æneus in deſerto ſuſpenſus pro li
beratione & ſalute illorum qui a ſerpen
tibus mordebantut Chriſtum Ieſum in cruce
pro mundi ſalute ſuſpenſum deſignat. Nam ſi
cut qui a morſibus ſerpentum uulnerabantur:
æneum ſerpentem aſpicientes ſanabantur & ui
uebant: ita qui Chriſtum dominum in cruce ꝓ
nobis paſſum ueꝝ deum & uerum hoīem cōfi
tentur a peccatis ſanantur: atqꝫ ab omni ſæui/
tia & malignorum ſpirituū uerſutia liberātur.
Quia dominus in ara crucis antiquum ſerpen/
tem triūphauit: & uenena eius excluſit. Et quē
admodum æneus ſerpēs ſimilis factus fuit ani/
mali ueneno ſo: tamen nihil habuit ueneni: ita
Chriſtus homo factus carnem habuit in ſimili
tudine carnis peccati: nihil tamen habuit de ue
neno & contagione peccati.

Figura ſecunda.

Exo: 17. c. Cūqꝫ leuaret Moiſes manus: uincebat Iſrael:
Aaron autem & Hur ſuſtentabāt manus eius
ex utraqꝫ parte.

Expoſitio.

m oiſes nanqꝫ dum manus in cœlum ere/
ptas tenebat: populus Iſrael ſemper uin
cebat: ac inimicos ſuos fortiſſime debellabat: ſic
Chriſtus Ieſus in crucis patibulo manus exten

ſas & in

sas & in altum eleuatas tenens seq; deo patri in holocaustum offerens humanũ genus in Christum credens inimicos suos uicit: hoc est uicia & peccata in baptismo reiecit: atq; idolorũ culturam respuens deum uerum colere cepit. Qđ autem Aaron & Hur manus Moisi substentasse describitur: magno quidem sacramento non uacat. Aaron enim mons fortis: Hur ignis siue incendiũ interpretatur. Bene igitur Aaron qui mons fortitudinis dicitur: & Hur id est incendium & ignis Mosaicas manus substentant. Quia sola caritas solusq; amor per Aaron montem fortem: & Hur incendium figuratus (sicut scriptum est: fortis est ut mors dilectio) dei filium compulit (ut ita dicã) semet ipsum exinanire: ac formam serui assumere eumq; hominem factum in lignum crucis pro nostra salute ascendere. Can. 8. b.

Figura tertia.

Cepit Noe uir agricola exercere terram & plãtauit uineam: bibensq; uinum inebriatus est: & nudus iacuit in tabernaculo suo. Gen. 9. c.

Expositio.

Christus quoq; plãtauit uineam id est populum Iudaicũ: unde Hesaias dicit: Vinea domini sabaoth domus Israel est: De qua uinea alibi per Hieremiam prophetam dominus Hesa. 5. b.

Hie. 2. d. ait: Ego autem plantaui te uineam electam omne semen uerũ. Quomodo ergo conuersa es mihi in prauum uinea aliena? Bibés ergo uinũ id est nimia caritate Christus dominus inebriatus atq; excessiuo amore erga nos uulneratus: ut hanc uineam id est ecclesiam ad fidem suam congregaret: magno cum opprobrio in cruce pependit: in tabernaculo suo: hoc est inter domesticos sanguinis sui: de quibus longe ante p prophetam conquestus est dicens: His plagis

Zach. 13. c. plagatus sum in domo eoꝝ qui diligebant me:

Psal. 37. & illud: Amici mei & proximi mei aduersum me appropinquauerunt & steterunt: & qui iuxta me erant de longe steterũt: & uim faciebant qui quærebant animam meam.

Zach. 3. a. Et ostendit mihi dominus Iesum sacerdotẽ magnũ stantẽ coram angelo domini: et Iesus erat indutus uestibus sordidis.

Item. 13. c. Et dicetur ei: Quid sunt plagæ istæ ĩ medio manuum tuarũ? & dicet: His plagatus sum in domo eoꝝ qui diligebant me: framea suscitare super pastorem meum & sup uirũ cohærentẽ mihi; dicit dominus omnipotens.

De lamentatione & planctu domini in cruce. cap. xxvii.

Populle meus quid feci tibi? aut quid mo/lestus fui tibi? responde mihi: quia eduxi te de terra Aegypti de domo seruitutis liberaui te. Mich. a.

Ego autem plãtaui te uineam electam omne semen uerum: quomodo ergo cõuersa es mihi in prauum uinea aliena? Hie. 2. d.

Filios enutriui & exaltaui: ipsi autem spreuerũt me: cognouit bos possessoré suũ & asinus præsepe dñi sui: Israel aũt nõ me cognouit & populus meus non intellexit. Hesa. 1. a.

Verterunt ad me terga & non faciem. Hie. 2. f.

Vide domine aflictiõem meam: quoniã erectus est in inimicus. Tren. 1. c.

Tetendit arcũ suum: posuit me quasi signũ ad sagittam. Item. 3. b.

Fact9 sum ĩ derisũ: tota die oẽs subsanabãt me. Hie. 20. b.

Factus sum in derisum omni populo canticum eorum tota die. Tren. 3. b.

Audiui contumelias multorum & terrorem in circuitu. Hie. 20. c.

Considerabam ad dexteram & uidebam: & nõ erat qui cognosceret me. Psal. 141.

Circumspexi & non erat auxiliator: quæsiui & non fuit qui adiuuaret. Hesa. 63. b.

Expectabam bona & uenerunt mihi mala: præstolabar lucem; & uenerunt mihi tenebræ Iob. 30. d.

Interiora mea efferbuerunt quasi ulla requie. Præuenerunt me dies afflictiöis. Frater fui dra
conum & socius sturctionum. Cutis mea deni
grata est super me: & ossa mea aruerunt præ
caumate. Versa est in luctum cithara mea & or
ganum meum in uocem flentium.

Item. 30. b. Nunc in eorum canticum uersus sum: & fact9
sum eis in prouerbium. Abominantur me & lõ
ge fugiunt a me: & faciem meam conspuere nõ
uerentur. Pharetram enim suam aperuit & af/
flixit me: & frenum posuit i os meum. Ad dex/
teram orientis calamitates meæ illico surrexe/
runt: pedes meos subuerterunt: oppresserunt
quasi fluctibus semitis suis. Dissipauerunt iti/
nera mea: insidiati sunt mihi: & præualuerunt
& nõ fuit qui ferret auxilium. Quasi rupto mu
ro & aperta ianua irruerunt super me: & ad me
as miserias deuoluti sunt. Redacti sunt ad nihi
lum: abstulit quasi uentum desiderium meum:
& uelut nubes pertransiit salus mea. Nunc au/
tem in memet ipso marcescit anima mea: & pos
sident me dies afflictionis. Nocte os meum per
foratur doloribus: & qui me comedunt nõ dor
miunt. In multitudine eorum cousumitur ue/
stimentum meum: & quasi captio tũicæ succin
xerunt me. Comparatus sum luto: & assimila/

tus ſum fauillæ & cineri. Clamo ad te & nõ ex
audis me:Sto:& nõ reſpicis me. Mutatus es mi
hi in crudelem:& in duritia manus tuæ aduer/
ſaris mihi. Eleuaſti me & quaſi ſuper uentum
ponens eliſiſti me ualde. Scio quia morti tra/
des me ubi conſtituta eſt domus omnium uiuẽ
tium.

Nunc autem oppreſſit me dolor meus: & in ni hilũ ſunt redacti omnes artus mei. Rugæ meæ teſtimonium dicunt contra me & ſuſcitatur fal ſiloquus aduerſus faciem meam. Contra dicen tes mihi collegit furorem ſuum in me: & com/ minans mihi infremuit contra me dentibus ſu is:Hoſtis meus terribilibus oculis me intuitus eſt. Aperuerunt ſuper me ora ſua: & exprobrã tes percuſſerunt maxillam meam: ſatiati ſunt pœnis meis.Concluſit me deus apud iniquum: & manibus impiorũ me tradidit. Ego ille quon dam opulentus repente contritus ſum. Tenuit ceruicem meam:confregit me & poſuit me ſibi quaſi in ſignum. Circumdedit me lanceis ſuis: conuulnerauit lumbos meos.Non pepercit & effudit in terra uiſcera mea. Conſcidit me uul/ nere ſuper uulnus:irruit in me quaſi gigas. Sac cum conſui ſuper cutem meam: & operui cine/ re carnem meam.Facies mea ĩtumuit a fletu:& Item. 16. b.

palpebræ meæ caligauerunt. Hæc passus sum absq; iniquitate manus meæ: cum haberem mūdas apud deum preces. Terra ne operias sanguinem meum: neq; inueniat in te locum latendi clamor meus.

De planctu Mariæ matris domini & mulierum. cap.xxviii.

Ioan.19.e. Stabant autem iuxta crucem Iesu mater eius & soror matris eius Maria Cleophæ & Maria Magdalenæ plāgentes dominum. Cum uidisset ergo Iesus matrem & discipulum stantem quem diligebat: dixit matri suæ: Mulier ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in suam.

Zach.12.c. Et aspicient ad me qnem confixerunt: & plangent eum plāctu quasi supra unigēitum: & dolebunt super eum ut doleri solet in morte unigeniti. In die illo magnus erit planctus in Hierusalem sicut plāctus ad Rēmon in campo Magedon: & plangent terræ familiæ & familiæ seorsum. Familiæ domus Dauid seorsum; & muli

eres eorum seorsum. Familiæ domus Mathan seorsum: & mulieres eorum seorsum. Familiæ dom9 Leui seorsum: & mulieres eorũ seorsum. Familiæ Semei seorsum: & mulieres eorum seorsum. Omnes familiæ reliquæ familię & familiæ seorsum: & mulieres eorum seorsum.

Defecit gaudium cordis nostri: uersus est in luctum chorus noster; cecidit corona capitis nostri. Tren. 5. c.

Anima mea misera accinge te cilicio: & consper gere cinere: luctum unigeniti fac tibi planctũ amarum. Hie. 6. g.

Deduc quasi torrentem lachrimas per diem: & nocte non des requiem tibi neq; taceat pupilla oculi tui. Item. 2. f.

Deducãt oculi mei lachrimas per noctem & diem: & non taceant. Item. 14. c.

Quis dabit capiti meo aquã & oculis meis fontem lachrimarum: & plorabo die ac nocte? Item. 9. a.

Iccirco ego plorans & oculus meus deducens aquas: quia longe factus est a me consolator cõuertens animam meam. Tren. 1. f.

Ecce uidẽtes clamabũt foris; angeli pacis amare flebunt; Hesa. 33. b.

Deducant oculi nostri lachrimas & palpebræ nostræ defluant aquis; quia uox lamentationis audita est in Sion. Hie. 9. c.

De hora nona in qua expirauit dominus. cap.xxix.

Ma: · 25 · e · sexta autem hora tenebræ factæ sunt
Mar . 15 · c · a super uniuersam terram usq; ad horã
Luc · 23 . f · nonã & obscuratus est sol: & circa ho/
Ioan · 19 · e. ram nonam exclamauit Iesus uoce magna di/
cens: Hely Hely lamazabathãi: hoc est: Deus meus deus meus ut quid dereliquisti me? Quidam autem illic stantes & audientes dicebant: Heliam uocat iste: Et cõtinuo currens unus ex eis acceptam spongiam impleuit aceto & imposuit arundini & dedit ei bibere: cæteri uero dicebant: Sine uideamus an ueniat Helias liberans eum · Postea sciens Iesus quia iam omnia consumata sunt: ut consumaretur scriptura dixit: Sitio. Vas ergo positum erat aceto plenũ. Illi autem spongiam aceto plenam hysopo circumponentes obtulerunt ori eius · Cum ergo accepisset Iesus acetum dixit: Consumatũ est. Et clamans uoce magna Iesus ait: Pater in manus tuas commendo spiritum meum · Et hæc dicens inclinato capite tradidit spiritum.

Figura prima.

Gen · 4 · b · Dixit domius ad Caim: Vbi est Abel frater tuus? Qui respondit: Nescio: nunquid custos fratris mei sum ego? Dixitq; ad eum: Quid fecisti? uox

sti? Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra: Nunc igitur maledictus eris super terrã: quæ aperuit os suum: & suscepit sanguiem fratris tui de mãu tua: Cum operatus fueris eam: non dabit tibi fructus suos. Vagus & profugus eris super terram.

Expositio.

In prædictis uerbis de Christi morte & de populi Iudaici reprobatione agitur. Mors nanq; Abel mortẽ Christi designat: quoniam Christus Iesus qui est principium & finis Rom. 10. a.
legis in omnibus electis suis figuratus fuit: & in ipsis qui sunt membra eius passus & crucifixus extitit. Ipse enim in Abel occisus a fratre: ĩ Gen. 4. b.
Noe irrisus a filio: in Abraam peregrinatus: in Item. 9. d.
Isaac oblatus: in Iacob famulatus: in Ioseph uẽ Item. 17. a.
ditus: in Moyse fugatus: in ꝓphetis lapidatus Item. 12. g.
& sectus: in apostolis terra mariq; iactatus: & Item. 37. f.
in omnibus martyribus occisus est. Vnde scri Exo. 2. c.
ptura dicit. A planta pedis usq; ad uerticem nõ Hesa. 1. b.
est in eo sanitas. Per plantam enim pedis ultimus electus intelligitur: per uerticem uero capitis primus iustus accipitur: a planta ergo pedis usq; ad uerticem non fuit in Christo sanitas: quoniam dominus noster Iesus Christus non solum in corpore suo in cruce passus fuit: Sed etiam in omnibus electis (ut dictum est)

ab initio sæculorum cruciatus extitit. Abel ita quod qui luctus interpretatur Christum Iesum significat: qui nunquam risisse: sed ter signanter legitur lussisse. Primo in Lazari resurre-
Ioan. 11. f. ctione: secundo quando (ut scriptum est)
Mat. 19. f. uidens ciuitatem fleuit super eam. Tertio in
Heb. 5. b. cruce: uelut apostolus ait: Cum clamore ualido & lachrimis offerens exauditus est. Vn-
Hes. 53. a. de Hesaias appellat eum uirum dolorum & scientem infirmitatem: sicut ergo Caim primogenitus Adæ occidit fratrem suum Abel iustum: ita iudaicus populus per Caim primogenitum figuratus Christum iustum & innocentem ac Iudæorum fratrem secundum carnem occidit: tunc impleuerunt Iudæi mensuram patrum suorum: sicut dominus prædi-
Mat. 24. d. xit: Et uos implete mensuram patrum uestrorum. Quoniam patres Iudæorum prophetas & iustos interfecerunt: ipsi autem dei filium crucifixerunt. Tunc adimpletum fuit quod do-
Luc. 13. g. minus prædixit dicens: Non capit prophetam perire extra Hierusalem: ostendens in iis uerbis quod in Hierusalem passurus erat. In qua non solum prophetas Iudæi interfecerunt: uerum etiam ipsum dominum prophetarum ac Regem gloriæ crucifixerūt. Propter quod facinus Iudaicus populus a deo reprobatus

fuit · De quo maximo' scelere bene per Hie/
remiam prædictum fuit : Peccatum Iuda scri Hie . 17 . a.
ptum est stilo ferreo : in ungue adamnati/
no : et alibi scriptura dicit : Profunde pecca Ose . 9 . d.
uerunt propter maliciam adinuentionum eo/
rum : de domo mea eiiciam eos : non addam
ut diligam eos · Abiiciet eos dominus deus me/
us : quia non audierunt eum : & erunt uagi in
nationibus · Et hoc est quod Caim fratricidæ
dicitur : Ecce uox sanguinis fratris tui clamat
ad me de terra : propterea maledictus eris su
per terram quæ aperuit os suum : & suscepit
sanguinem fratris tui de manu tua : uagus
& profugus eris super terram · Sic Iudæi ad/
huc iam clamante Christi sanguine eadem
qua Caim mulctantur pœna : qui a deo ma/
ledicti & reprobati uagi & profugi hoc est
in gentibus dispersi & a Hierusalem expulsi
usq; in hodiernum diem uniuersum per or/
bem peregrinantur · Et sic iusto dei iudicio il
la imprecatio super eos uenit : quam ipsi Iu/
dæi in passione domini proclamantes dixe/
runt : Sanguis eius super nos : & super filios Mat. 27 . c.
nostros . Quæ sententia ita adhuc contra Iu/
dæos desæuit : q; non solum uenit super Iudæ
os omnis sanguis iustus qui effusus est super Item. 24 . d.
terram a sanguine Abel iusti usque ad san/

guinem Zacchariæ filii Barachiæ: uerum etiã usq; ad innocentissimum sanguinẽ ipsius Christi & discipulorum suorum; qui ab ipsis Iudæis post Christi ascensionem necati fuerunt:

Figura secunda.

Gen. 2. d. Immisit dominus deus soporem in Adam: cũq; obdormisset tulit unam de costis eius & repleuit carnem pro ea: & ædificauit dominus deus costam quam tulerat ab Adam in mulierem.

Expositio.

Sacramẽtum istud magnum est ad Christum dominum & ecclesiam referendũ. Quod enim per historiã impletum est in Adã: mystice per prophetiam figurabat Christum: Nam sopor iste mortem domini significat: de

Psal. 30. quo sopore alibi scriptura dicit: Ego dormiui & soporatus sum. Vnde ĩ cruce somno mortis dormiens dominus de eius latere: ex quo exiuit sanguis & aqua: ecclesia fidelium in Christi sanguine baptizata formata est: quæ a Christo nomen accepit. Nã sicut Eua a uiro sumpta uirago dicta est: ita christiani a latere Christi in ei9 scilicet sanguĩe renati christiani appellati sunt.

Hesa. 65. c. Vnde Hesaias ait: Vocabo seruos meos nomine alio: qui Christus reliquit patrem suum: quã

Eph. 4. b. do scilicet de corde patris usq; ad inferiores par

tes terræ descendit: qui tamen semper est & fu it apud patrem: reliquit etiam matrem: hoc est Mariam uirginem: cum per totam Iudæã præ dicando discurreret: uel secundum allegoricũ sensum reliquit matrem: uidelicet synagogam & populum Iudæorum: quem reꝓbauit & ad hæsit uxori suæ id est ecclesiæ: qui tanq̃ spon/ sus procedens de thalamo suo sponsæ amplexi/ bus adhæsit: ut sint duo in carne una. Christus nanq; est caput ecclesiæ & ipsa est corpus Chri sti. Psal. 18.

Figura tertia.

Multos ergo plures Samson iterfecit moriens q̃ ante uiuus occiderat. Iudic. 16. f.

Expositio.

Per Samsonem Christus in hoc loco in/ telligitur. Samson enim dum uiueret paucos interfecit: euerso uero templo moriens maximam aduersariorum suorum multitudi/ nem interemit: sic domino nostro prædicante pauci ex Iudæis crediderũt: sed illo in cruce mo riente innumeri gentilium populi uiam uitæ se cuti sunt: qui mundo mortui cœperunt uiuere Christo. Per illos autem qui a Samsone interfe cti fuerunt: maligni spiritus designantur: quos dominus in ligno pendens ac mortem pro om/ nibus subiens meritis passionis & mortis suæ ꝓ

ſtrauit:ac in nihilum redegit: ſicut ſcriptũ eſt:
Pſal.73. Tu cõfregiſti capita draconis: & illud: Tu hu
Item.88. miliaſti ſicut uulneratum ſuperbum: id eſt dia
bolum: In bracchio uirtutis tuæ diſperſiſti
inimicos tuos: id eſt malignos ſpiritus.

Figura quarta.

Nũm.35.d. Siquis per odium percuſſerit inimicum ſuum:
& ille mortuus fuerit: percuſſor homicidii reus
erit: manebitq; in una urbium quæ ſunt in præ
ſidia fugitiuorum: donec ſacerdos magnus qui
oleo ſancto unctus eſt moriat᷑: & infra: Poſtq̃
autem ille obierit: homicida reuertatur in ter/
ram ſuam. Exules & profugi ante mortem pon
tificis nullo mõ in urbes ſuas reuerti poterũt.

Expoſitio.

P oſtq̃ populus Iſrael egreſſus fuit de ter
ra Aegypti: ac de Pharaonis duriſſima
ſeruitute liberatus in pace conquieſceret: præce
pit dominus Moiſi: ut Iordane tranſgreſſo ur/
bes quaſdã decernere debuiſſet: quæ eſſent in
præſidia fugitiuorum: in quas cum confugiſſet
profugus ſecurus ibi maneret: atq; inde nunq̃
homicida ad terram ſuam reuerti permitteba/
tur: niſi poſt mortem ſummi pontificis. In quo
magnum de Chriſto & humana ſalute latet ar-
canum. Nam quia humanum genus peccando
ſibi mortem intulit; ſicq; propter peccatum gra

uissimas creatoris inimicitias icurrit: nunq̃ ad paradisi patriã remeare potuisset: nisi post morte.n ueri ac summi sacerdotis Christi: qui sacerdos est: iuxta illud: Tu es sacerdos in æternũ secundũ ordinẽ Melchisedech. Qui semet ipm offerens immaculatum deo patri pro peccatis nostris dei patris placauit iram: pacificans per sanguinẽ suũ: siue quæ i terris siue quæ i cœlis sũt: qq̃ ꝓ oium salute moriens oium pctã deleuit: ac homicidã illũ hoc est gẽus humanũ deo reconciliatũ ad cœlestia regna reuerti cõcessit. Psal. 109. Col. 1. c.

Figura quinta.

Arcum meum ponã in nubibus cœli: & erit signũ fœderis iter me & inter terram. Gen. 9. b.

Expositio.

Arcus iste Christus est in ligno crucis extensus ac pro mundo crucifixus: qui sedens ad dexterã pr̃is semp interpellat ꝓ nobis: qui quotidie stat in signũ recõciliatiõis hũanæ ante dei pr̃is cõspectũ: ne mũdo irascat̃ ꝓpter multa pctã & nefãda faciora: q̃ sine itermissiõe aliqua ppetrant̃. Arcus eni ex corda constat & ligno: corda ergo corp9 Christi: lignũ autem lignũ crucis significat. Hunc igit̃ Arcum tunc domius contra inimicũ tetendit: cum se ipsum in cruce extẽdit: ubi latronem percussit & mortem; ac antiquum serpẽtem id est diabolũ inter

fecit:pacemq; inter deum & hominem reforma uit. Et ideo propheta ad placandum dei furo/ rem:hunc reconciliationis & fœderis arcum id est Christũ Iesum deo repræsentat dicens:Pro tector noster aspice deus: & respice in faciem Christi tui:tanq̃ si diceret:Respice domine uni geniti tui uulnera quæ pro nostra reconcilia/ tione substinuit:& cum iratus fueris misericor diæ memor eris:& respice ĩ faciem Christi tui: ac recordare:quia hic est tuus filius tibi per om nia coæqualis:qui ut nos saluaret nostram non est dedignatus naturam induere:qui crucis ascẽ dens patibulum in assumpta carne tam imma/ ne tulit supplicium.

Fignra sexta.

Iob .2. b. Egressus igitur Sathan a facie domini percus/ sit Iob ulcere pessimo a plãta pedis usq; ad uer ticem capitis.

Expositio.

i ob enim qui dolens interpretatur Chri/
stum significat:de quo scriptũ est:A plã
Hesa. 1. b. ta pedis usq; aduerticem non est in eo sanitas.
Item .53. b. & Iterum:Vere langores nostros ipse tulit: &
dolores nostros ipse portauit:& nos putauim9
eum quasi leprosum & percussum a deo & hu/
miliatum:&(ut ait apostolus Petrus)Dolores
1.Petri.2.d. nostros ipse pertulit in corpore suo super lignũ
cuius liuore

cuius liuore sanati sumus.

Tu autem animaduerte sermonem & intellige uisiōem. Septuaginta hebdomadæ abreuiatæ sunt super populū & super urbem sanctam tuam: ut consumetur preuaricatio & finem accipiat peccatum: & deleatur iniquitas & adducatur iustitia sempiterna: & impleatur uisio & ꝓphetia: & ungatur sanctus sanctorum. Scito ergo animaduerte ab exitu sermonis ut iterū ædificetur Hierusalem usq; ad Christū ducē hebdomades septem: & hebdomadæ sexagita duæ erunt: & rursum ædificabitur platea & muri in angustia temporis: & post hebdomades sexaginta duas occidetur Christus: & non erit eius populus qui eum negaturus est: & ciuitatem & sanctuarium dissipabit populus cum duce uenturo: & finis eius uastitas: & post finem belli statuta desolatio. Cōfirmabit autem pactis multis hebdomada una: & in dimidio hebdomadis deficiet hostia & sacrificium: & erit in templo abominatio desolationis & usq; ad consumationem & finem perseuerabit desolatio. Dan. 9. f.

Expositio.

h æc uerba supra memorata ac Danieli prophetæ per Angelum reuelata miris stupendisq; mysteriis plena sunt ac magnis dif

ficultatibus iuoluta: q̄ si p singula enucleari de
beret: nimiū ꝓlixū ac longū foret: hæc tñ bre
uiter dixeri: ꝗ hebdōada q̄ Daniel utit: secūdū
Hieronymū & Bedā septē ānos iportat. Itaqꝫ i
textu primū hebdōades septē scribunt: deinde
sexagita duę alię usqꝫ ad Christū cōnectūt: po
stremo uero una hebdōada copulat: q̄ oēs sep/
tuagita hebdōades sūt. Ab illo igit tēpore quo
āgelus Dāieli hæc p̄mōstrauit usqꝫ ad Christū
septuagita hebdōadas cōputa: hoc ē ānos duo
denoꝝ mēsiū lunariū secūdū hebraicā cōsuetu
dinē quadrigētos nonagita: q more nr̄o sunt
āni solares q̄drigēti septuaginta qnqꝫ: quo tpe
(ut ꝓphæta p̄dixit) cuncta incarnatiōis Chri
sti sacramenta atqꝫ mysteria ad literam atqꝫ ad
unguem completa fuerūt. Tunc enimuero ad
ducta fuit iustitia sempiterna: consumpta præ
uaricatio: finem accepit peccatum ac deleta fu/
it iniquitas: quando ueniens a summo cœli car/
dine sanctus sanctorum Christus iustitiam ac
omnium uirtutum cateruam mundo portauit:
atqꝫ in mundo cum hominibus conuersatus ꝓ
hominum salute (ut prophæta ante tot annos
cecinit) occisꝰ est. Propter quod Iudæi qui eū
uerum esse deum negauerunt: atqꝫ occiderunt:
ob tam immane scelus ciuitate Hierusalem fun
ditus diruta ac subuersa: sanctuario quoqꝫ dissi

pato a Tito scilicet Vespesianoq; imperatori/
bus partim occisi partim a finibus eo℞ expulsi
fuerunt: ac instabilis (deo permittente) factus
populus ille uniuersum per orbem diuisus usq;
inhodiernum diem profugus fugit. Quemad/
modum de supradictis imperatoribus & Iudęo
rum ruia in quarto regũ libro satis pspicue in
iis uerbis figuratũ fuit: ubi sic legit. Ascendit 4.Reg.2.d.
aũt ide Heliseus i Bethel: cũq; ascẽderet p uiã:
pueri pui egressi sunt đ ciuitate & illudebãt ei:
dicẽtes: Ascẽde calue ascẽde calue. Qui cũ respe
xisset uidit eos: & maledixit eis in noĩe dñi. E/
gressiq; sunt duo ursi de saltu: & lacerauerũt ex
eis q̃draginta duos pueros. Per hos qppe duos
ursos Tit9 & Vespasian9 Impatores designati
fuerũt: q e ciuitate Romulea egressi magno cũ
exercitu ad occidendũ Iudæos ac ipso℞ prĩcipes
p pueros significatos: uenerũt. Quõiã sicut pu
eri sẽsũ rõnis nõ habẽtes exeũtes đ ciuitate He
liseo uiro dei (q de9 meus saluator interptat)
illudebant. Ita pharisei inuidiæ liuore obtene
brati ac rõne recti iudicii carentes: contra Chri
stum Iesum per Heliseum figuratũ insultabãt:
atq; illũ extra ciuitatẽ tanq̃ eo℞ cõsortio indi/
gnũ expellẽtes crucifixerũt: & sicut Helise9 re
spiciẽs pueros maledixit eis: quo℞ quadragita
duo ursorum morsibus lacerati fuerunt; Ita

Christ9 ad passiōis ignominiā pgens:cōtra Iu
Luc·23·d· dæos pphetauit dicēs: Filiæ Hrlem nolite flere
sup me:sed sup uos ipas flete:& sup filios urōs
quoniā ecce uenièt dies in quibus dicetis:Beatæ
steriles & uentres qui non genuerunt: & ube
ra quæ non lactauerunt· Tunc incipient dice
re montibus: cadite super nos & collibus operi
te nos·Quemadmodum alibi dominus de Hie
Item·19·g· rusalem destructione prædixit dicens·Quia ue
nient dies in te:& circūdabunt te inimici tui ual
lo:& circumdabunt te: et coangustabūt te un
diq3:& ad terram prosternent te & filios tuos q
in te sunt:& nō relinquent in te lapidē supra la
pidem· Quod tunc quidem adimpletum fuit:
quando post quadraginta duos annos a Chri/
sti passione: quod etiam tēpus per illos qua/
draginta duos pueros signatum fuit· Vene/
runt romani Hierusalem: quam funditus de/
struentes: tulerunt locum & gentem:nec non
partim Iudæorum occiderūt: partim captiuos
duxerunt: quemadmodum de illorum excidio
in historiis satis diffuse memoratur· Tunc com
Mat,27·c· pletum fuit quod ipsi Iudæi dixerunt:Sanguis
eius super nos & super filios nostros· Quoniā
uenientes Romani (ut dictum est) de Chri/
sti sanguine & morte maximam ultionē ac uin
dictam cōtra Iudæos fecerunt;ac sic completū

fuit qđ in Dāielis prophetia ſequitūr:Et in di/
midio hebdomadæ deficiet hoſtia & ſacrificiū
uidelicet antiquæ legis:quōiam Iudæis per or
bem diffuſis:nemo erat qui ſacrificia iuxta He
braicum ritum offerret:uelut per Hieremiam
uaticiatum fuit:Viæ Syon lugent:eo ꝙ nō ſint Thre • 1 • b•
qui ueniāt ad ſolemnitatem • Vnde penitus de
fecit hoſtia & ſacrificium ueteris teſtamenti :
hoc uno dumtaxat noui & eterni teſtamenti ſa
crificio remanēte:qđ Chriſtus Ieſus in ſui me/
moriam inſtituit : ſacrificium ſcilicet corporis
& ſanguinis domini •

Sicut obſtupuerunt ſuper te multi: ſic inglori Heſa• 52 • c•
us erit inter uiros aſpectus eius ; & forma eius
inter filios hominum.
Non eſt ſpecies ei neq; decor : & uidimus eum Item• 53 • a;
& non erat aſpectus:& deſiderauimus eum de
ſpectum & nouiſſimum uiroꝝ : uirꝝ doloꝝ &
ſcientem infirmitatem: & quaſi abſcōditus uul
tus eius & deſpectus ; unde nec reputauimus
eum•Vere langores noſtros ipſe tulit : & dolo
res nr̄os ipſe portauit:& nos putauimus eū q̄ſi
leproſum & ꝑcuſſum a deo & hūiliatū•Ipē aūt
uulneratus eſt ꝓpter iniqtates nr̄as:attrit9 eſt
ꝓpter ſcelera nr̄a•Diſciplina pacis nr̄æ ſup eū :
& liuore eius ſanati ſumus • Oēs nos quaſi oues

errauimus:unusquisq; in uiá suã declinauit:& posuit dñs in eum iniquitates omniũ nostrum: oblatus est qa ipse uoluit:& nõ aperuit os sum: sicut ouis ad occisioné duceť: et quasi agn9 corã tondente se obmutescet:& non aperiet os suum. De angustia & iudicio sublatus est. Generationem eius quis enarrabit? Quia abscissus est de terra uiuẽtiũ. Propter scelus populi mei pcussi eũ:& dabit impios pro sepultura & diuites pro morte sua:eoq; iniquitatem non fecerit: neq; dolus inuẽtus fuerit in ore eius:& dñs uoluerit conterere eum in infirmitate. Si posuerit pro peccato aĩam suã: uidebit semen longęuũ: & uoluntas dñi in manu eius diriget: ꝑ eo ꝗ laborauit manus eius uidebit & saturabiť ĩsci/entia sua. Iustificabit ipẽ iust9 seruos meos multos:& iniq̃tates eoꝝ ipse portabit. Ideo dispťiã ei plurios:& fortiũ diuidet spolia: ꝑ eo ꝗ tradidit in morté aĩam suã:& cũ sceleratis reputatus est:& ipse peccata multoꝝ tulit:& pro trãsgressoribus rogauit.

Sibylla q̃dã In manus iniquas infideliũ postea ueniet:& dabunt deo alapas manibus incestis: & impurato ore expuẽt uenenatos sputos:dabit uero ad uerbera simpliciter sanctum dorsum: & colaphos accipiés tacebit: nequis agnoscat quod uerbũ uel unde uenit;ut inferis loquať. Et corona spi

nea coronet̃:ad cibũ autem fel & ad sitim acetũ dederunt:in hospitalitate hanc mostrabũt mẽsam:ipsa enim insipiens gens tuum dominũ nõ intellexisti ludentem mortalium mentibus: sed spinis coronasti & horridum fel miscuisti. Templi uero uelum scindetur; & medio die nox erit tenebrosa nimis in tribus horis Et morte morietur:tribus diebns somno suscepto. Et tũc ab inferis regressus ad lucem lætam ueniet primus resurrectionis principio reuocatus ostenso.

Hæc ex Lactancii libris hinc inde dispersa in unum collegi quæ etiam Augustius octauo de ciuitate dei libro capitulo uigesimo tertio inserit:nomen istius Sybillæ nescitur; ideo hic non exprimitur.

De aliquibus noui testamenti authoritatibus de Christi passione.

Christus semel pro peccatis nr̃is mortuus est iustus ꝓ iniustis:ut nos offerret dõ mortificatos qdẽ carne; uiuificatos ãt spiritu:& infra; q est in dextera dei deglutiens morté ut uitæ æternæ heredes efficeremur. 1.Petri.3. c.

Christus passus est pro nobis uobis relinquẽs exemplũ; ut sequamini uestigia eius:qui pecca Ibi te.2.d.

tũm non fecit:nec inuẽtus eſt dolus in ore eius:
qui cum maladiceretur non maledicebat: & cũ
pateretur non cõminabatur. Tradebat autem
iudicanti ſe iniuſte:qui peccata noſtra pertulit
in corpore ſuo ſuper lignum:ut peccatis mor/
tui iuſtitiæ uiuamus:cuius liuore ſanati ſum9.

Rom.5.b. Vt quid enim Chriſtus cum adhuc infirmi eſ/
ſemus ſecundum tẽpus pro impiis mortuus eſt?
uix enim pro iuſto quis moritur. Nam pro bo
no forſitan quis audeat mori. Comendat au/
tem caritatem ſuam deus in nobis: quoniam ſi
cum adhuc peccatores eſſemus ſecundum tem
pus Chriſtus ꝓ nobis mortuus eſt: Multo igi
tur magis nũc iuſtificati in ſanguine ipſius ſal
ui erimus ab ira per ipſum. Si enim cum inimi
ci eſſemus reconciliati ſumus deo per mortem
filii eius: multo magis reconciliati ſalui erimus
in uita ipſius.

1.Ioan.4.b. In hoc apparuit caritas dei in nobis:quoniam fi
lium ſuum unigenitum miſit deus in mundum
ut uiuamus per eum:& infra: Et miſit filium
ſuum propiciationẽ pro peccatis noſtris.

Phil.2.a. Hoc enim ſentite ĩ uobis quod & in Chriſto Ie
ſu:qui cum in forma dei eſſet non rapinam ar/
bitratus eſt eſſe ſe æqualem deo: ſed ſemet ip/
ſum exinaniuit formam ſerui accipiens: ĩ ſimili
tudinem

tudinem hominum factus: & habitu inuentus ut homo: humiliauit semet ipsum factus obe/ diens usque ad mortem: mortem autem crucis.

Eum autem qui modico quam angeli minoratus est uidimus Iesum per passionem mortis gloria & honore coronatum: ut gratia dei pro omnibus gustaret mortem: & infra: Ut per mortem destru eret eum: qui habebat mortis imperium id est diabolum. Heb. 2. b.

Fidelis sermo & omni acceptione dignus: quia Christus Iesus uenit in hunc mundum pecca/ tores saluos facere. 1. Timo. I. c.

Qui eripuit nos de potestate tenebrarum: & transtulit in regnum filii dilectionis suæ: in quo habemus redemptionem & remissionem pecca torum. Qui est imago dei inuisibilis primoge/ nitus omnis creaturæ: quoniam in ipso condita sunt uniuersa in cœlis & in terra: uisibilia & in/ uisibilia: siue throni: siue dominationes: siue pri cipatus. Omnia per ipsum & in ipso creata sunt: & ipse est ante omnes: & omnia in ipso constant. Et ipse est caput corporis ecclesiæ: qui est princi pium primogenitus ex mortuis: ut sit in omni/ bus ipse primatum tenens: quia in ipso compla cuit omnem plenitudinem inhabitare: & per eum

reconciliari omnia siue quæ in terris siue quæ in cœlis sunt.

Item . 2 . a . In quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi: quia in ipso inhabitat oīs plenitudo diuinitatis corporaliter.

Item ibi . c. Et uos cum mortui essetis in delictis & præputio carnis uestræ: conuiuificauit cum illo donās uobis omnia delicta: delēs quod aduersus nos erat chirographum decreti: quod erat contrarium nobis: & ipsum tulit de medio affigēs illud cruci: & expolians prīcipatus & potestates traduxit confidenter palam triumphans illos in se ipso.

1. Timo, 2. b Vnus est enim deus unus & mediator dei & hominū homo Christus Iesus: qui dedit redēptionem semet ipsum pro nobis.

1. Ioan. 5. b. Hic est qui uenit per aquam & sanguiem Iesus Christus: nō in aq̄ solū sed in aqua & sanguie.

Apoc . 5 . a. Ecce uicit leo de tribu Iuda radix Dauid aperire librum & soluere septem signacula eius: & uidi: et ecce in medio throni & quatuor animalium & in medio seniorum agnum stantem tanq̄ occisum.

Item 5 . c . Dignus es domine accipere librū & aperire signacula eius: quoniam occisus es: & redemisti nos deo in sanguine tuo.

Item, 1 . b, Qui est testis fidelis primogenitus mortuorū

& prīceps regū terræ: q dilexit nos & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo.

Et manifeste magnū est pietatis sacramentū: quod mãifestatū est in carne: iustificatū est in spiritu: apparuit ãgelis: prædicatū est gẽtibus: creditū in mūdo: assumptū est in gloria. i. Timo. 3. d.

Si sanguis hircorū aut tauro℞ & cinis uitulæ aspersus inqnatos sanctificat ad emūdationẽ carnis: qnto magis sanguis Christi: q p spiritū sanctū semet ipsum obtulit imaculatū deo: emūdabit cõscientiam nostram ab operibus mortuis ad seruiendum deo uiuenti? Heb. 9. d.

Impossibile enim est sanguie taurorum & hircorum auferri peccata. Item. 10. a.

Scientes q non corruptibilibus auro uel argẽto redempti estis de uana uestra cõuersatiõe paternæ traditionis: sed p̃cioso sanguie quasi agni immaculati Christi: & incõtaminati: præcogniti quidẽ ante mundi constitutionẽ: manifestati autem nouissimis temporibus. 1. Pet. 1. d.

Tu es sacerdos in æternū secundū ordinẽ Melchisedech. Qui in diebus carnis suæ p̃ces supplicatiõesq; ad eū: q possit illū saluū facere a morte cū clamore ualido & lachrymis offerẽs exauditus est pro sua reuerẽtia. Et quidẽ cū esset filius dei didicit ex iis quæ passus est: obediẽtiam: & consumatus factus est oibus obtẽperantib9 Heb. 5. b.

causa salutis æternæ: appellatus a deo pontifex iuxta ordiem Melchisedech: de quo nobis grā dis sermo & interpretabilis ad dicendum.

De sepultura domini id est de secundo completorio. cap.xxx.

Mat. 27. g. Mar. 15. d. Luc. 23. g. Ioan. 19. f.

Iudæi ergo quoniam parasceue erat ut non remanerent in cruce corpora sabato: erat enim magnus ille dies sabati: rogauerunt Pilatum ut frangerentur crura eorum: & tollerentur. Venerunt ergo milites: & primi quidem fregerunt crura & alterius qui crucifixus est cum eo: ad Iesum autem cum uenissent: ut uiderunt eum iam mortuum: non fregerunt eius crura: sed unus militum lancea latus eius aperuit: & continuo exiuit sanguis & aqua. Et qui uidit testimonium perhibuit: & uerum est testimonium eius: & ille scit quia uere dicit: ut uos credatis. Facta sūt enim hęc ut scriptura impleretur: Os non comminuetis ex eo: & iterum alia scriptura dicit: Videbūt in quem transfixerunt. Cum sero autē factum esset: quia erat parasceue: quod est ante sabatum: uēit quidam homo diues ab Arimathia nomine Ioseph nobilis decurio uir bonus & iustus: hic non cō

Exo. 12. g. Num. 9. b.

ſenſerat conſilio & actibus eorum: qui expecta
bat & ipſe regnum dei: & diſcipulus erat Ieſu:
occultus autem ꝑpter metum Iudæorum: & au
dacter introiuit ad Pilatum & petiit corpus Ie
ſu. Pilatus autem mirabat̃ ſi iam obiiſſet: & ac/
cerſito centurione interrogauit eum ſi iam mor
tuus eſt: & cum cognouiſſet a centurione do/
nauit: & iuſſit reddi corpus Ieſu. Ioſeph autem
mercatus ſindonem & imponens eum inuoluit
ſindone mũda. Vẽit autem & Nicodemus qui
uenerat ad Ieſum nocte primum: ferens mixtu/
ram myrrhæ & aloes libras quaſi centum. Ac/
ceperuut ergo corpus Ieſu et ligauerunt linte/
is illud cum aromatibus: ſicut mos eſt Iudęis ſe
pelire. Erat aũt in loco ubi crucifixꝰ eſt hortꝰ:
& in horto monumentum nouum: & poſuit eũ
Ioſeph in monumẽto ſuo nouo quod excidit in
petra: in quo non dum quiſꝗ poſitus fuerat: ibi
ergo propter paraſceuen Iudæorum: quia iux/
ta erat monumentum: poſuerunt Ieſum. Et ad
uoluit Ioſeph ſaxum magnum ad hoſtium mo
numenti & abiit.

Quando peccauerit homo: quod morte plectẽ
dum eſt & adiudicatus morti appenſus fuerit
in patibulo: non permanebit cadauer eius in li/
gno: ſed in eadem die ſepelietur: quia a deo ma
ledictus eſt qui pendet in ligno.

Expoſitio.

Hoc maledictũ pro nobis ſubſtinuit dñs: ut nos ab æterno maledicto eripet: ſicut
Gal. 3. b. apoſtolus ait: Chriſtus redemit nos de maledicto legis factus pro nobis maledictus: qui de peccato damnauit peccatum: quia peccati materiam quæ adhuc in carne Adæ uiuebat: in carne ſua quam de carne Adæ ſuſcipere dignatus eſt uacuauit.

Figura prima.

Num. 20. b. Locutus eſt dominus ad Moyſen dicens: Tolle uirgam & congrega populum tu & Aaron frater tuus: & loquimini ad petram coram eis: & illa dabit aquas. Tulit igitur Moyſes uirgam quę erat in conſpectu domini ſicut præceperat ei; congregata multitudine ante petram dixitq; eis: Audite rebelles & increduli: Nũ de petra hac uobis aquam poterimus eiicere? cumq; eleuaſſet Moyſes manum percutiens bis ſilicem egreſſæ ſunt aquæ largiſſimæ; ita ut populus biberet & iumenta.

Expoſitio.

In prædictis uerbis magnũ de Christo & ecclesia latet arcanũ mirabileq; sacramentũ. Quid ẽ ergo petra ĩ deserto pcussa: quæ sitiẽti populo aquas affluẽtissime manauit: nisi Christus in deserto hui9 uitæ nimiis p̃ssuris ac tribulatiõib9 p̃ssus: idẽq; ꝑ nr̃a salute ĩ patibulo crucifixus: atq; militis lãcea ĩ latere pcussus: quẽadmodũ istud mysteriũ apl̃s nobis explicat dicẽs: Bibebãt aũt oẽs de spirl̃icõseq̃nti eos petra: petra aũt erat Christus. Petra nãq; dicit̃ Christ9: nõ p substantiã uel ꝓprietatẽ sed p similitudinẽ & significationẽ: sicut scriptum est: Hic est lapis quẽ reꝓbauerũt ædificãtes. Quid uero aq̃ e petra ꝓductæ nisi populos ex Christi latere regeneratos significãt: testãte scriptura q̃ ait: Aquæ uero populi sũt. Petra itaq; ĩ dserto pcussa q̃ populũ Israel refrigerauit: Christ9 Ies9 est: q in crucis stipite suspẽsus ac in latere uulnerat9 unde sanguis exiuit & aq̃: sanguis scilicet ut redimeret: aq̃ uero ut mũdaret: ecl̃iam q̃ inũeros credentiũ populos cõtinet formauit: quẽadmodũ hoc mysteriũ p Adã & Euã figuratũ fuit: uelut ĩ libro Genesis legit̃: Immisit dñs deus soporem in Adam: cũq; obdormisset: tulit unã de costis eius & repleuit carnem pro ea: & ædificauit dñs deus costam quã tulerat ab Adã in mulierem. Sicut enim Eua ex latere dormiẽtis

1. Cor. 10. a.

1. Pet. 2. b.

Apo. 17. d.

Gen. 2. d.

Adam creata est: sic ex latere Christi in cruce
somno mortis dormientis formata est ecclesia:
de qua ecclesia uas electionis loquitur dicens:
Ephe. 5. e. Viri diligite uxores uestras: sicut & Christus
dilexit ecclesiam: & se ipsum tradidit pro ea: ut
illam sanctificaret mundans eam lauacro aquę
in uerbo uitæ: ut exhiberet ipse sibi gloriosam
ecclesiam non habentem maculam aut rugam
aut aliquid huiusmodi: sed ut sit sancta & im/
maculata. Sicut igitur petra illa sitiētem Iudæo
rum populum satiauit: eiq; potū dedit: & sicut
Exo. 16. d. deus manna de cœlo pluit ut illum esurientem
Mat. 16. c. cibaret: ita Christus dominus pridie q̄ patere/
tur: spiritaliter dedit nobis cibum & potum:
sed postea in cruce pendens: militari lancea per
fossus cætera sacramenta donauit: quod alibi fi
Psal. 77. guraliter scriptura exprimit dicens: Quoniam
pcussit petrā & fluxerunt aquæ: sic Iudæi per/
cusserunt petram id est Christum in ligno pen
dētem: & fluxerūt aquæ hoc est sacramenta ec
clesiæ: quæ ex Christi latere manauerunt.

Figura secunda.

1. Reg. 19. b. Factus est autē spiritus domini malus in Saul:
sedebatq; in domo sua & tenebat lanceam. Por
ro Dauid psallebat manu sua: nisusq; est Saul
configere Dauid lancea in parietem: & declina/
uit Dauid a faciæ Saul; lancea autem casso uul
nere plata

nere perlata est in parietem: & Dauid fugit & saluatus est.

Expositio.

S aul enim qui abutens consilio interpretatur: recte populum Iudaeorum significat: qui ab inicio mundi dura ceruice & fronte attrita fuit: ac spiritui sancto & mandatis diuinisque consiliis semper restitisse probatur. Ideo bene hic dicit scriptura: quod spiritus malus exagitabat Saulem: id est Hebraeorum populum: qui propter illorum incredulitatem & cordis duritiam a diabolo exagitabatur contra Christum. At Dauid qui manu fortis dicitur: quique psallebat ut leniret & mitigaret Saulem furentem: Christum Iesum designat: qui & ipse quoque psallebat id est continue praedicabat: ut Iudaeos a diabolo uexatos deceptosque ad ueram fidem & ueritatis uiam reduceret. Sed Saul amplius iratus ac a daemonio magis arreptus conatus est lancea sua configere Dauid psallentem. Ita Iudaei Christo praedicante magis indurati illum occidere nitebantur. Et quemadmodum Dauid fugit a facie Saul & saluatus est: sic Christi diuinitas in passione semper impassibilis extitit. Lancea autem Saul parietem per Dauid percussit: ita Christi corpus militis lancea apertum fuit: quod per parietem designatur: sicut scriptura te

Can. z. c. statur dicés: En ipse stat post parietem nostrũ:
Hes. 26. a. & alibi: Ponet in ea murus & ante murale: hoc
est corpus Christi: de qua militis lancea & uul
Ioa. 19. f. nere in latere Christi in euãgelio sic legitur: Ve
nerunt ergo milites & primi quidem fregerũt
crura & alterius qui crucifixus est cum eo: ad
Iesum autem cum uenissent: uiderunt eum iam
mortuum: non fregerunt eius crura: sed unus
militum lancea latus eius aperuit. Ecce igitur
nunc lancea Saulis id est perfidia populi Iudai
ci reprobati casso uulnere in parietem diuia mi
seratione perlata foramen fecit in petra: id est in
latere Christi: & cauernam in maceria tanq̃ ha
bitaculum columbinum. Surge igitur amica
Christi: ingredere in cellam uíariam: esto sicut
columba nidificãs in summo ore foraminis: ibi
ut passer inueniens domum: uigilare nõ cesses:
ibi tanq̃ turtur casti amoris pullos absconde:
ibi os appone ut haurias aquas de fontibus sal
Gen. z. b. uatoris. Hic enim est fons egrediens de medio
paradisi: qui in quatuor diuisus capita: id est in
quatuor euãgeliorum uolumina & in corda de
uota diffusus: fœcundat & irrigat uniuersam
terram.

Figura tertia.

Item. 37. f. Tulerunt fratres Ioseph tunicam eius: & in san
guine hædi qué occiderant intinxerunt: mitten

tes qui ferrent ad patrem & dicerēt: Hāc inuenimus: utrum tunica filii tui sit an non: quam cū cognouisset pater ait: tūica filii mei est: fera pessima comedit eum: bestia deuorauit Ioseph.

Expositio.

Per fratres Ioseph qui eum uendiderunt ac tunicam in sanguine hædi respersam patri miserunt: Iudæi absq; dubio designantur: per Ioseph Christus uerus deus & uerus homo intelligitur: per tunicam autem Ioseph Christi tantum humanitas figuratur. Sicut ergo Ioseph a fratribus: sic Christus a Iuda uēditus fuit. Et quemadmodum filii Iacob nō Ioseph occidernut: sed tunicā sanguine intictam patri miserunt: ita Iudæi corpus solūmodo Christi occiderunt: quem in cruce suspendētes: in sanguine hædi: id est i suo ꝓprio cruore totum respserunt: de qua tūica per prophetam dicitur: Quare ergo rubrum est indumentum tuum: & uestimenta tua sicut calcantium in torculari? Hes. 63. a. Cruentatus enim Christus dominus sanguine proprio: primum in monte Oliueti sudore sanguineo: secūdo uero flagellis: dehinc spinarū aculeis: post durissimis clauis: & tandē lancea copiose effuso: ut apud domnū copiosa eēt redēptio: uestem pontificalem noster pontifex habuit rubricatam; quatenus uere rubrum appareret

indumentum ipsius: & uestiméta eius uelut cal
cantium in torculari : et sic uero Ioseph in uete
rem dimisso cisternam: tunica ipsius intícta in
sanguine hædi propter similitudiné carnis pec
cati: approbationis notitia discernenda mittere
tur ad patrem. Cognosce igitur clementissime
pater tunicam prædilecti filii tui Ioseph: quem
fera pessima comedit: id est inuidia fratrum se-
cundum carnem deuorauit: & cóculcauit in fu
rore uestimentum ipsius: & omnem decorem il
lius proprio cruore inquinauit. Nam & quinq;
scissuras lamentabiles in ea reliquit. Hoc enim
Gen. 39, c. est domine uestimentum quod in manu mere-
tricis Aegyptiacæ uidelicet synagogæ innocés
puer tuus sponte dimisit: magis eligens spolia-
tus carnis pallio in carceré mortis descendere:
q̃ adulterinæ plebis uoci acquiescendo tempora
liter gloriari. Nam & ꝑposito sibi gaudio : cru
cis ignominiam satis libenter sustinuit: cófusio
ne contempta.

Figura quarta.

Ion. 1. d. Tulerunt nautæ Ionam & miserunt in mare: &
stetit mare a feruore suo: & infra: Et præpara-
uit dominus piscem grandem & deglutiuit Io
nam: & erat Ionas in uétre piscis tribus diebus
& tribus noctibus.

Expositio.

i onas a pisce deglutitus in uentre pi/
scis tribus diebus & tribus noctibus
stetit: sic dominus Iesus tribus diebus & trib9
noctibus (ut ipse prædixit) in corde terræ &
in sepulchro fuit: quod per piscem illum desi/
gnatur: quemadmodum in euãgelio Iudæis si/
gnũ quærẽtibus p semet ipam ueritas dixit: Ge Mat.16.a.
neratio mala & adultera signũ q̃rit: & signũ nõ
dabit̃ ei nisi signũ Ionæ ꝓphetæ. Sicut enim Io
nas fuit ĩ uẽtre ceti tribus diebus & tribus no/
ctibus: sic erit filius hõis ĩ corde terræ tribus die
bus & tribus noctibus.

Figura quinta.

Traditus est ergo Ioseph in carcerem ubi uin/ Gen.39.d.
cti regis custodiebantur: & erat ibi clausus.

Expositio.

i oseph qui innocenter in carcere intrusus
fuit: Christi in sepulchro positi typus &
figura extitit: qui in monumento conditus est
& ad inferos: ut electos suos inde deduceret:
descendit. Id idem præfigurauit cum Ioseph in Gen.37.e.
cisternam ueterem aquam non habentem mis
sus fuit. Sic Christus in sepulchro corpore tan
tum positus est: ad infernum uero qui per cister
nam aquam non habentem significatur: anima
& diuinitate descendit; quod enim cisterna nõ

habens aquam infernum designet: Zaccharias
propheta de Christi ad inferos descensu uatici
Zac. 9. c. naã dicẽs: Tu quoq; in sanguĩe testamẽti tui e/
duxisti uĩctos de lacu: ĩ quo nõ erat aq̃: hoc est
ubi nulla est cõsolatio: nullũq; refrigerum. Et
Hie. 38. b. Hieremias dicit: Submiserũt Hieremiã infuni/
bus in lacũ ĩ quo nõ erat aq̃. Sic Christus a Iu
dæis occisus ac in sepulchro positus in hũc lacũ
aquã nõ habentẽ descendit: hoc est infernũ pe/
netrauit & inde electos suos eduxit.
Ion. 2. a. Et orauit Ionas ad dñm deũ suũ de uentre pis/
cis & dixit: Clamaui d̃ tribulatiõe mea ad dñm
& exaudiuit me: de uẽtre inferi clamaui: & exau
diuit uocẽ meam: & ,piecisti me in profundũ in
corde maris: & flumen circũdedit me: oẽs gurgi
tes tui & fluctus tui super me trãsierunt. Heu
dixi: abiectus sum a cõspectu oculorũ tuorũ. Ve
rumtñ rursus uidebo templũ sanctũ tuũ. Cir/
cumdederunt me aquæ usq; ad animã: abyssus
uallauit me: pelagus operuit caput meũ: ad ex/
trema montium descendi: terræ uectes concluse
rũt me in æternũ: & subleuabis de corruptione
uitam meã domine deus meus.

Expositio.

Hæc oĩa & si secundũ historiã pro se ipso Io
nas in tribulatione sua dixerit; allegori/
ce tñ in Christi psona prolata fuere.

Quia repleta est malis aīa mea:& uita mea īfer Psal.37.
no appropinquauit. Aestimatus sum cū descen
dentibus in lacū: factus sum sicut homo sine ad
iutorio inter mortuos liber. Posuerūt me in la
cu īferiori:ītenebrosis & in umbra mortis.
In die illa radix Iessæ q stat ī signū populoꝝ:ip Hesa. 11.c.
sū gētes dep̄cabūt̄:& erit sepulchrū ei9 glosū.
Ego dormio & cor meum uigilat. Cant.5.a.
Ego dormiui & soporatus sum. Psal.3.
Somnus meus dulcis mihi. Hie.31.e.
Nunquid qui dormit nō adiiciet ut resurgat? Psal.40.
Propter hoc lætatū est cor meū & exultauit lin Item.15.
gua mea:insup & caro mea reqescet ī spe. Quo
niā nō derelinques aīam meā in inferno; nec
dabis sanctū tuū uidere corruptionē.

De cruce domini cap. xxxi.

s uſceperūt ergo milites Iesum:& eduxe Mat.28.d.
rūt eū:& baiulās sibi crucē exiuit in eū Mar.15.b.
q dicit̄ caluariç locū: Hebraice aūt gol Luc.23.d.
gotha. Et cū ducerēt eū apphēderūt Simonem Ioan.19.d.
qndā Cyrenēsem uenientē de uilla:prēm Alexā
dri & Rufi: hūc angariauerūt ut tolleret crucē
ei9:& iposuerūt illi crucē portare post Iesum.

Figura prima.

Vidit in somnis Iacob scalā stantē sup terram Gen.28.c.

& cacumen illius tangens cœlum:angelos quo
q; dei ascendentes & descendētes per eam: & do
minum innixum scalæ.

Expositio.

P er hanc scalam Christi crucem ac do/
minicum uexillū intellige:in quo Chri
stus uerus deus & uerus homo crucifixus fuit.
Per hāc scalā angeli ascendētes & descēdētes ui
si sūt: q euāgelistas pdicatores ac sanctos hoīes
qui in carne existentes uitam duxerunt angeli/
cam:significant:qui per crucem Christi in qua
Ephe.3.d. est longitudo latitudo sublimitas & profundū:
tanq̄ per scalam ascendunt contemplatione ad
deum & compassione descendunt ad proximū:
nec non ascendunt ad speculationem diuinita/
is Christi: & descendunt ad considerationem
humanitatis & incarnationis eius.

Figura secunda.

Hexo.7.b. Proiecerunt singuli uirgas suas quæ uersæ sunt
in dracones: sed deuorauit uirga Aaron uir/
gas eorum.

Expositio.

P er Aaron sacerdotem Christum accipi
mus:qui est summus sacerdos: per uir
gam uero Aaron per quam oblatrantes canes
abigimus Christi crucem intelligimus:per quā
infestantes

infestantes dæmones fugamus. Sicut ergo uirga Aaron sacerdotis in draconem uersa omnes magorũ uirgas absorbuit ac uorauit: ita crux Christi dæmonum prauitates consumpsit destruxitq;. Virga etiam Aaron serpens facta est: quoniam qui est filius dei ex deo patre æternaliter genitus: factus est filius hominis ex uirgine temporaliter natus. Nam in similitudinẽ hominum factus: & habitu inuentus ut homo: ac in similitudinem carnis peccati in mundo apparens dominus: sicut uirga illa in colubrum uersa uidebatur serpens: & tamen omnino ueneno carebat: sic filius dei nihil peccati habuit: qui uelut ipse æneus serpens in crucis stipite exaltatus: medicinam uulneribus infudit humanis. Phil. 2. b. Num. 21 c. Io. 3. b.

Figura tertia.

Si oblatio tua fuerit de sartagine. Leui. 2. b.

Expositio.

Oblatio enim de sartagine dispẽsatio passionis Christi de cruce est: sartago igne consumitur: cibos superpositos aut statim aut non longo interuallo esui aptos reddit. Crux quoq; Christi super omnia fortis omnem creaturam crucifixo subiecit: sicut ipse prædixit: Si ego exaltatus fuero a terra; omnia traham ad Io. 12. c.

me·Sartago carnes coquit:ita crux carnē Christi:quæ ante passionem esui non uidebatur apta:post aptam fecit. Si enim crucifixus non fuisset dominus sacrificiū corporis eius non comederemus:nec pio eius cruore redēpti fuissemus· De qua sartagine id est cruce ad Ezecchielem
Eze·4· a· prophetam dicit:Sume tibi sartaginē ferream & pone murū ferreum inter te & ciuitatē Hierusalem:scilicet quæ maxime in cruce dñi offendit:ideo merito suæ infidelitatis & perfidiæ obcæcata ab eius scientia & cognitione iusto dei iu
2.Cor·3· c· ditio recessit· Adhuc enim uelamen (ut ait apostolus) in lectione manet nō reuelatū:& usq; in hodiernū diē uelamen positū est super cor eorum:
Hesa·6· c· ut audientes non intelligāt & uidentes non cognoscant·

Figura quarta·

Leui·2· b· Si autem de craticula fuerit sacrificium·

Expositio.

craticula ista in qua sacrificiū immolandū coquebatur crux Christi est: in qua dominus affixus ac igne passionis crematus semetipsum immaculatum in uerum ac placabile sacrificiū obtulit deo patri pro salute humana·

Figura quinta·

Deut·33·c· Quasi primogenita tauri pulchritudo eius;cor

nua Rinocerotis cornua illius:in ipsis uētilabit gentes usq; ad terminos terræ.

Expositio.

h ic taurus qui ad sacrificium aptus est Christum Iesum designat: qui etiam in euāgelio p uitulū saginatū figurat: quē pr̄ re/gresso filio imolauit. Cornua Riocerotis Cornua crucis sunt:de quib9 alibi scribit: Cornua in manibus eius. Ibi id est in cruce abscondita est fortitudo eius:per infirmitatem nanq; car/nis quasi aries spinis coronatus & immolatus dominus fuit:his cornibus hæsit:sed in compa rabili fortitudine passionis unicornis fuit: & mortis triumphator effectus: eum qui mortis habebat imperium diabolum uicit:unde dicit: Quod ifirmum est dei:fortius est hominibus: & in his cornibus uentilabit gentes:hoc est prædicatione crucis discernet paleas a frūento. Verbum enim crucis pereūtibus stulticia. Id idem designatur per arietem illum quem Abraam p Isaac immolauit:sicut legitur: Leuauit Abraā oculos suos: uiditq; post tergum arietem inter ueprcs hærētem cornibus. Aries nanq; hic qui loco Isaac litatus fuit:Christi figura extitit:qui tāq̄ ouis ad occisiōem duct9est. Et quēadmo/dum nō Isaac sed aries p eo immolatur: ita nō

Luc.15. f.

Aba.3. a.

Heb.2. d.

1.Cor.1.d.

ibi.c.

Gen.22. c.

filius dei in diuinitate passus : sed Christus in humanitate crucifixus est : inter uepres id est inter duo crucis brachia suspensus.

Fgura sexta.

Exo.15.d. Murmurauit populus Israel contra Moisen dicens: Quid bibemus? At ille clamauit ad deum: qui ostendit ei lignū: quod cū misisset in aquis in dulcedinem uersæ sunt.

Expositio.

Lignum quod sanctus Moises in aquas amaras misit: quæ protius in dulcedinē uersæ sunt: quid aliud allegorice exprimit: nisi lignum crucis in quo salus mundi pependit? Aquæ uero quid aliud nisi populos gentium si-
Apoc.17.d. gnificant? unde & per Ioannem in Apocalypsi dicitur: Aquæ uero sunt populi: & per psalmi-
Psal.28. stam scribitur: Vox domini super aquas id est super populos. Sicut ergo lignum illud ī aquis mersum mox ad eius contactum aquæ dulcescere cœperunt: ita prædicatiōe crucis per apostolos nationum populis patefacta: & myste-
Ephe.2.a. rio crucis gentilibus diuulgato: statim nos qui eramus natura filii irę propter idolorum cultū: atq; peccati ueneno amari: credendo in Christum, nouitate uitæ facti sumus dulces: & q eramus
ibi.c. lōge: facti sumus ꝓpe ī sanguine Christi.

Figura septima.

Omnem autē super quem uideris Tau ne occi datis: & a sanctuario meo incipite. Eze. 9 c.

Expositio.

Tau nanq; est quædā litera Hebræa: quā nos Latini T. nūcupam9: Græci aūt taf appellāt. Tau itaq; Hebraice latine signum sonat. Nā secūdum antiquas Hebræorum literas quibus teste Hieronymo Samaritani utuntur: hæc litera habet similitudiem crucis: quæ apud hebræos dicitur esse signum admirantis. Quid igitur Tau quæ signum interpretatur significat nisi uexillum crucis Christi: quo fideles cōtra dæmonum insidias signātur: quæ litera merito aduerbium admirātis esse fertur: quia hoc crucis signum non solum mirantur maligni spiritus: sed etiam ad illius uisionem trepidant & contremiscunt: ac uelut confluit cæra ab ardore ignis: sic diaboli ante eius conspectum perterriti fugiunt. Vnde sicut in uisione Ezecchielis legitur: idem propheta uidit dominum imperasse atq; dixisse sex uiris: qui habebant uas interitus & interfectionis in manibus eius: omnes quos in ciuitate transeundo comperissent occidere debere; ac nemini ignoscere præter eos qui

ſigno Tau mūiti erāt id eſt ſigno crucis ſignati atq; depicti.

Figura Octaua.

Gen. 6. c. Fac tibi arcam de lignis leuigatis:& īfra: Remā ſit autem ſolus Noe & qui cū eo erant in arca.

Expoſitio.

Sicut Noe ſolus & qui cum ipſo ingreſſi ſunt in arcam ab aquarum diluuio ſal/uati fuerunt: ita illi dumtaxat ab inferni crucia tibus liberantur: qui dominicam crucem uene/rantur & colunt. Arca itaq; Noe lignum cru/

Pſal. 103. cis deſignat: per qd̄ lignum per hoc ma/re magnum & procelloſum in quo reptilia quo rum non eſt nūerus tranſnatātes: tandē per me rita crucis Chriſti ad illud pacatiſſimum litus æternæ quietis & pacis puenimus. Figurata eti am fuit crux dei ſaluatoris noſtri per baculum

Gen. 32. c. Iacob: in quo Iordanem magnum flumen trāſ

1. Reg. 17. e. uadauit. Signata quoq; fuit per baculū Dauid quo contra Goliath gigantem congreſſus eſt.

Exo. 4. d. Præſignata etiam fuit per illam Moyſi uirgam in qua tot dn̄s mirabilia operari dignatus eſt: qua uirga ſanctus Moyſes ad dei præceptū ma re rubrum percutiens Pharaonem ac eius exer citū demerſit in fluctibus maris. Præfigurata quoq; fuit p illam arborem: quam Nabuchodo noſor in ſomnis aſpexit; de qua ſic in Daniele le

gitᷣ: Videbã: & ecce arbor in medio terræ & alti Dan·4· b·
tudo eius nimia: magna arbor & fortis & pro/
ceritas eius cõtingẽs cœlũ· Hæc itaq; arbor cru
cis Christi nec immerito figura fuit: quia sicut
illa arbor altitudine sua ad cœlũ usq; protende
batᷣ: ita crux dñi sola fuit quæ fidelibus cœlum
aperuit. Signata fuit etiã crux Christi per illã
palmã de qua in canticis canticoꝝ legitᷣ: Ascen Can·7· c·
dã in palmã & apprehendã fructus eius· Item
crux dñi dicitᷣ mons de quo scriptura cõmemo
rans ait: Vadã ad montem myrrhæ hoc est ad· Item·4· b.
cõtẽplandum mysteriũ passionis: quæ ꝑ myr
rhã significatᷣ. Itẽ crux dicitᷣ torcular: unde scri
ptura dicit: Torcular calcaui sol9. De torculari Hes·63· a·
enim bonũ uinũ eliquatᷣ quo reficiũtᷣ dñi: &
malũ quo potantᷣ serui: sic crux gaudiũ est bo/
nis sed tormentũ malis: Prædicamus (ait apl's) 1.Cor·1.d·
Christũ crucifixũ Iudæis quidẽ scandalũ: gẽti
b9 aũt stultitiã: ipsis ãt uocatis Iudæis atq; Greç
cis Christũ dei uirtutẽ & dei sapiẽtiã. Crux ẽt
dr̃ arc9 quẽ dñs ꝯtra diabolũ tẽdẽs illũ ꝑcussit:
ac occidit mortẽ & spoliauit ĩfernũ: ul'uti ꝗ hoc
arcu ĩ libro psalmoꝝ scribitᷣ: Intenderũt arcũ rẽ Psal.63·
amarã: ut sagittẽt ĩ occultis ĩmaculatũ. Crux ẽt
ẽ illa statera ꝗ q̃ scriptũ ẽ: Vtinã appẽderẽtᷣ pcã Iob.6: a·
mea qbus iram merui: & calamitas quã patior
in statera id est in cruce: de qua etiam canit ec
clesia· Statera facta corporis: prædamq; tulit

Apo.3. b. tartari. Item crux est illa clauis Dauid que cœ
1.Reg.16. d. lum pandit. Hæc etiam est cithara Dauid qua
maligni spiritus expelluntur. Hanc figurauit
Gen.3. d. illud lignum uitæ in medio paradisi plãtatum:
de quo qui comedit uiuet in æternum. Hanc il/
Num.21. b. le palus typice demostrauit in quo serpens æne
us affixus fuit: Christum Iesum significãs: qui
pro nobis in palo id est in ligno crucis pepẽdit.
Iosu.8. d. Hanc etiam domini crucem ille clypeus Iosue
figurauit: quem imperãte domino tam diu idẽ
Iosue contra urbem Hai in manu sua infatiga
biliter tenuit: donec omnes aduersarii populi Is
rael interfecti fuerunt: sicut scriptura testatur
ibi. e. dicens: Iosue uero nõ contraxit manum quam
in sublime porrexerat tenens clypeum: donec
interficerentur omnes habitatores Hai. sic do/
minus Iesus per Iosue crebro significatus: in cru
cis clypeo manus porrectas atq; extensas tenẽs:
omnes malignos spiritus ciuitatis Hai: quæ q̃
stio uitæ interpetratur & infernum significat:
Leui. 14. c. destruxit. Crux quoq; dicitur altare: in quo ue/
teris testamenti sacrificia litabantur: ita in ara
crucis Christus Iesus se ipsum uerum & placa
bile sacrificium deo patri pro mundi salute im
molare dignatus est. Item crux dicitur clauus
Exo.35. b. tabernaculi: quoniam per illud tabernaculum
fœderis & testimonii Christi humanitas intelli
gitur; quæ

gitᷓ: quæ in clauo crucis affixa pependit. Crux etiam dicitur uexillũ: ſicut enim in uexillo ſunt arma imperatoris depicta atq; impreſſa; ita in cruce ſunt inſignia ueri ac ſummi imperatoris Chriſti. Tunc hoc uexillũ crucis in die iudicii micabit in cœlo: iuxta illud: Tunc apparebit ſi gnum filii hominis in cœlo. Crux etiam dicitᷓ laqueus & fouea: unde pſalmiſta dicit: Laqueũ parauerunt pedibus meis: & incuruauerũt ani mam meam. Foderunt ante faciem meam foue am: & inciderunt in eam. De qua fouea per Hie remiam dicitur. Nunquid redditur ꝓ bono ma lum: quia foderunt foueam animæ meæ? Sed in hanc foueam Iudæi in Chriſtum non credẽtes inciderunt: quoniam Chriſtus crucifixus (ut apoſtolus ait) Iudæis ſcandalum factus eſt. In hac etiam fouea & in hoc crucis Chriſti laqueo uincti ac ligati fuerunt maligni ſpiritus: ueluti ſcriptura dicit: An extrahere poteris Leuiathã hão? Tunc enimuero Leuiathan iſte hamo cap tus eſt: quando in crucis patibulo moriens do minus: eum qui mortis habebat imperium ui cit: quoniã (ut beatus Gregorius ait) Dũ Leuia than iſte per ſatellites ſuos in redẽptore nr̃o cor poris eſcam momordit: eũ diuinitatis aculeus ꝑ forauit: quaſi hamus itaq; fauces glutientis dia boli dñs tẽuit: dũ in illo eſca carnis patuit; quã

Mat. 24. c.
Pſal. 58.
Hie. 18. d.
1. Cor. 1. d.
Iob. 40. c.
Gregorius.

deuorator appeteret:& diuinitas passionis tem
pore latuit:quæ necaret·Hanc crucem domini
Mat.8· c. præsignauit illa nauicula in qua dñs dormiuit:
quia sopor ille in naui soporem mortis in cruce
Leui·2. b. figurauit·Hanc etiã illa sartago & craticula de
signauit in qua(ut supra dictum est)coquebã
tur sacrificia & oblationes quæ deo in holocau
Luc·24· f· stum litabãtur·In hac craticula piscis ille assus
Tho·11· b· inuenit:de cuius felle oculi Thobiæ deliniti il/
luminati fuere sic fel id est contemplatio ama
ritudinis passionis Christi cæcum illustrauit
Mat.4· c· mundum:& ad ueritatis lucem populum qui se
Hesa·9· a. debat in tenebris duxit. In hac crucis craticula
Hexo.12· c· decoctus fuit ille noster innocẽtissimus agn9:
Luc·15· e· in hac uitulus saginatus occisus· In hac craticu
Gen.22· b· la ligatus fuit Ysaac:quẽ pater Habraã ad dei
pręceptum ut illum immolaret:super struem li
Ioan·4. b· gnorum composuit·Sic deus pater misit filiũ
suum propiciationem pro peccatis nostris qui
Hebre·9·g· semet ipsum obtulit deo ad multorum exhau/
Apoc·5· a· rienda peccata.In hac inuenitur ille liber scrip
tus intus & foris signatus sigillis septem·In
hac liber iste aperitur:quem nemo inueniri po
tuit neq; in cœlo ut angelus:neq; in terra ut ho
mo:neq; subtus terram ut spiritus humanus
corpore iam exutus:qui ualuerit aperire librũ:

neqꝫ respicere illum: hoc est nemo idoneus re/
pertus fuit qui potuerit redimere genus huma
num nisi leo de tribu Iuda radix Dauid : qui Ibi.b.
aperuit librum & soluit septem signacula eius.
Quia (ut Augustinus ait) nisi unigenitus dei Augustin9
filius moreretur : genus humanum non redi/
meretur : & non redemptum periret. In hac
cruce inuenitur illud granum frumenti: quod Io. 12. c.
seminatum fuit in incarnatione in terra scili/
cet uirginis gloriosæ: præcisum in circumcisio
ne : excussum & flagellatum in passione :
candidum in mente : rubicundum in corpo/
re : diuisum in latere : mortificatum in pati/
bulo : multiplicatum in fide populorum : re
conditum in horreo in ascensione : quando
deuicta morte Christus Iesus per granum
frumenti designatus ad patrem unde uenerat
regressus est.

Ponam in eis signum : id est signum cru/ Hesa. 9. f.
cis : & mittam eis qui saluati fuerint ad gen
tes in mare.

Vidi alterū āgelū ascēdētē ab ortu solis habētē Apoc. 7. a.
signū dei uiui : hoc est signū crucis Christi :

& clamauit uoce magna quatuor angelis: qui/
bus datum est nocere terræ & mari dicens: No
lite nocere terrę & mari neq; arboribus: quo ad
usq; signemus seruos dei nostri in frontibus
eorum.

Sibylla q̄dā O beatum lignum in quo deus extensus est.

De gloriosa domini re
surrectione. cap. xxxii.

Mat. 28. a. u espere autem sabbati quæ lucescit in
Mar. 16. a. prima sabbati: uenit Maria Magdale/
Luc. 24. a. nę & altera Maria uidere sepulchrum.
Ioan. 20. a. Et ecce terræmot9 facts ē magnu9: āgelus aūt
dñi descēdit de cœlo: & accedēs reuoluit lapidē
& sedebat sup eū. Erat aūt aspect9 ei9 sicut ful
gur: & uestiméta eius sicut nix. Præ timore aūt
eius exterriti sunt custodes & facti sunt uelut
mortui. Et cum transisset sabbatū Maria Mag
dalenæ & Maria Iacobi & Solomę emerūt aro
mata: ut uenientes ungerent Iesum. Et ualde
mane una sabbatorum uenerunt ad monumen
tum orto iam sole: & dicebāt ad inuicem: Quis
reuoluet nobis lapidem ab hostio monumētī?
Et respiciētes uiderunt reuolutum lapidē: erat
quippe magnus ualde. Respondens autem an/

gelus dixit mulieribus: Nolite timere uos: scio
q Iesum qui crucifixus est: quęritis: nō est hic:
surrexit enim sicut dixit. Et introeuntes in mo
numentum uiderunt iuuenem sedentem in dex
tris coopertum stola candida: & obstupuerunt:
qui dicit illis: Nolite expauescere: Iesum quæri
tis Nazarenum crucifixum: non est hic: ecce lo
cus ubi posuerunt eum: sed dicite discipulis ei9
& Petro: quia præcedet uos in Galileam: ibi eū
uidebitis sicut dixit uobis.

Figura prima.

Dormitauit autem Samson usq ad medium no Iudic. 16. a.
ctis: & inde consurgens apprehēdit ambas por
tæ fores cum postibus suis & sera: impositisq in
humeris suis portauit ad verticē montis qui res
picit Hebron.

Expositio.

q uem in hoc facto Samson nisi redēpto/
rem nostrum significat? quid gaza nisi
infernum? quid Philistei nisi perfidiam Iudæo
rum? Qui cum mortuum dominum uiderēt &
in sepulchro corpus eius positum: etiam custo/
des illico destinauerūt: & auctorem uitæ infer
ni claustris retentum: quasi Samsonem in gaza
deprehendisse lætati sunt. At Samson nocte
media non solum illæsus exiuit: sed etiam por/

tās tulit:quia redemptor noster ante lucē cōsur
gens non solum de inferno liber exiit:uerū etiā
inferni claustra dextruxit:portas tulit & mon
tis uerticem ascendit:quia resurgendo claustra
inferni abstulit:& ascēdendo cœlestia regna pe
netrauit. Qui mons recte Hebron dicitur: He
bron enim uisio sempiterna interpretat᷑: illam
scilicet cœlestem ciuitatē Hierusalē designans:
quæ uisio pacis dicitur:ad quam autor uitæ de
uicta morte & dextructis inferorū carceribus
gloriosus & immortalis propria uirtute conscē
dit. Et aduertendum ualde est: q̄ Samson usq;
ad mediū noctis dormitasse: deide a somno cō
surgēs portas ciuitatis abstulisse scribit᷑: sic ēt
redēptor hūani gn̄ris nocte a mortuis surrexis
se ꝓbat᷑:quēadmodū de hac nocte in libro psal
Psal. 138. moꝝ legit᷑. Et nox illūinatio mea i delitiis meis:
De q̄ ēt nocte sic i fututoꝝ figura dicit scriptu
Exo. 12. f. ra. Nox ē ista obseruabilis dn̄i: qn̄ eduxit eos đ
terra Aegypti:hāc obseruare debetis oēs filii Is
rael i gn̄ratiōibus suis:ita dn̄s nr̄ nocte q̄ a mor
tuis surrexit humanū gēus đ terra Aegypti:id
Rom. 4. d. est ex iferno iferiori liberauit:quoniā mortu9 ē
ꝓpter pcā nr̄a:& resurrexit ꝓpter iustificationē
nr̄am. Quēadmodū de hac nocte ēt catholica
cāit ec̄lia:ad deū p̄rem sic dicēs:Hæc nox est iq̄
primū p̄res nr̄os filios Israel eductos de Aegy

pto:rubꝝ mare ſicco ueſtigio trãſiř feciſti. Hęc igiť nox ẽ q̃ pctõꝝ tenebras colũnẽ illũinatiõe purgauit. Hęc nox ẽ q̃ hodie p uniuerſum mũdũ Chriſto credẽtes a uitiis ſęculi & caligie pcãtoꝝ ſegregatos reddit grę: ſociat ſãctitati. Hęc nox ẽ i q̃ dxtructis uiculis mortis Chriſt9 ab iferis uictor aſcẽdit. O uere btã nox: q̃ ſola meruit ſcire tps & horã: i q̃ Chriſt9 ab iferis reſurrexit. Hec nox ẽ: de q̃ ſcriptũ eſt: Et nox illũinatio mea i dlitiis meis. Hui9 igiť ſanctificatio noctis fugat ſcelra: culpas lauat: reddit inocẽtiã lapſis & mœſtis lætitiã: fugat odia: cõcordiã pat: & curuat ipia. O uere btã nox q̃ expoliauit Aegyptios: ditauit Hebręos. Nox i q̃ terrẽis cœleſtia: hũanis diuia iunguntř. Pſal. 138.

Figura ſecunda.

Protius ad regis imperiũ eductũ de carcere Ioſeph totunderũt: ac ueſte mutata obtulerũt. Gen. 41. b.

Expoſitio.

T ota fere uita Ioſeph ſacramentũ ẽ & umbra futuroꝝ & figura de Chriſti icarnatiõe & paſſiõe: unde ſicut cũ Ioſeph i carcerẽ innocẽter cõiectus fuit Chriſti ſepulturã & eius ad iferos p̃ſignauit deſcẽſum: ita d carcere eductus Chriſtũ reſurrectuꝝ a mortuis figurauit.

Figura tertia.

Dixit dñs piſci: & euomuit Ionã in aridã. Ion. 2.

Expoſitio.

q uemadmodū enim Ionas a piſce deglu titus Chriſti ſepulturam & ad infernū deſignauit deſcenſum: ita ab eodem piſce ad ter ram euomitus: Chriſti ab inferis reſurrectionē præfigurauit.

Figura quarta.

Gen.49.b. Catulus leonis Iudas: ad prædam fili mi aſcen diſti: requieſcens accubuiſti ut leo & quaſi lee/ na: quis ſuſcitabit eum?

Expoſitio.

a d prædam fili mi aſcēdiſti id eſt in cru cem: in qua Chriſtus aſcendens de dia/ bolo triūphauit & mortem occidit: de cruce au tem ad infernum deſcendit: ut captiuā duceret captiuitatē: quā de īferni faucibus potētiſſime abſtraxit: & ſecū ad paradiſi amœna cōduxit. Per catulum leonis optime Chriſtum accipi/ mus: per leonem uero diuinitatem ipſius recte intelligimus. Aiunt nanq; phyſici: q catulus leonis cum fuerit natus: tribus diebus dormit & tribus noctibus: deinde patris fremitu cubi/ culi locus tremefactus excitat dormientē. Chri ſtus ergo in ſepulchro tribus diebus ac totidē noctibus iacens ſomnum mortis impleuit: qui enim tam cito reſurrecturus erat; non mortu9

ſed quaſi

ſed quaſi dormiẽs iacebat:iuxta illud:Ego dor Pſal·3·
miui & ſoporatus ſum· Bene ergo Chriſtus ut
leo requieuit:qui non ſolum mortis acerbitatẽ
ſed & imperium mortis ſuperauit:qui etiam ca
tulus leonis dicitur:ſicut enim catulus leõis ru
gitu patris excitatur a ſomno: ita Chriſtus ab
inferis patris poteſtate ſurrexit· Quis ſuſcita/
bit eum? quaſi dicat nemo:niſi ipſe ſuæ diuinita
tis uirtute:qui dixit:Soluite templum hoc & in Ioan.2· d·
tribus diebus excitabo illud:& iterum:Poteſta Item·10· d·
tem inquit habeo ponẽdi animam meam & po
teſtatem ſumẽdi eam:nemo tollit eam a me ſed
ego pono eam:qui quidem non neceſſitate ſed
uoluntate ſua occubuit:ac diuinitatis poteſtate
tertia die reſurrexit·

Figura quarta·

Accidit autem:ut cum unus maceriem ſuccidiſ 4·Reg·6 a·
ſet:caderet ferrũ ſecuris ĩ aquã:exclamauitq; il
le & ait:Heu heu heu dñe mi & hoc ipm mutuo
acceperam·Dixit autem homo dei:Vbi cecidit?
At ille monſtrauit ei locum·Præſcidit ergo li/
gnum Helyſeus & miſit illuc:natauitq; ferrum
& ait:Tolle:Qui extẽdit manum ſuam & tulit
illud·

Expoſitio·

c um impios Iudæos per corpus operata

præsentia Christi tanq̃ infructuosas arbores in
Mat.3. c. crepādo cæderet:unde illud:Ecce securis ad ra
dicem arboris posita est : ab eis crucifixus est:
atq; interueniente passione in cruce moriens:
corpus ipsum deseruit:ac sic in profunda descē
dit:dum in sepulchro positus fuit: sed quemad
modum ferrū in aquas delapsum ad manubriū
contra naturam rediit : ita Christus ab inferis
resurrexit:ac uictor & immortalis rex in æter/
num regnaturus ad patrem cum magno trium
pho remeauit.

Fgura sexta.

Exo.4. b. Dixit dominus ad Moisen : Mitte manum tuā
in sinum tuum. Quam cum misisset protulit le
prosam instar niuis:Retrahe ait manum in sinū
tuum. Retraxit & protulit iterum:& erat simi/
lis carni reliquæ.

Expositio.

Per manum Moysi mediator dei & ho/
minum homo Christus Iesus figura /
tur:per quem omnia deus pater creauit: psalmi
Psal.117. sta dicente:Dextera domini fecit uirtutem:dex
tera dñi exaltauit me. Quæ man9 d̄ sinu p̄ris ex
tracta apparuit leprosa: qa ueniēs d̄ corde p̄ris
dñs in mundū:dū pro oīum salute flagella:spu
ta & mortē ipsam perpessus est; ac propriū san

guinē pro nostra redemptione effudit: quasi le
prosus effectus est: unde Hesaias ait: Reputaui Hesa·53. b·
mus eū quasi leprosū & pcussum a deo & humi
liatū: sed tertia die triūphator & impassibilis a
mortuis resurgēs: atq; ad patrē ꝓpria uirtute re
grediēs: māus antea leprosa facta est similis car
ni reliq: id est īmortalis & īpassibilis fact9 cum
pr̄e ī unitate sc̄ti spirit9 sine fine dominat̄ & re
gnat: de q̄ māu in libro quoq; psalmoꝝ deus pr̄
per ꝓphetam loquit̄ dicens: Leuabo ad cœlū Deut·32· f·
manū meam id est filiū meū. Manus enim uel
brachiū dn̄i filius dicit̄: quoniā per ip̄m oīa fa/
cta sunt: unde psalmus ait: Fiat māus tua ut sal Psal.118·
uet me: & alibi dr̄: Emitte manū tuā de alto: id Item·143·
est mitte filiū tuū & redime genus humanum.
de qua manu filiū significāte in Ezecchiele quo
q; legit̄: Et facta est sup me man9 dn̄i· Ibi ꝓphe Ezec·1· a·
ta incarnationē dn̄i cognouit: ubi manū dn̄i su
per se factam uidit: quā manū deus pater in ter
ram extendit: dū filium suum īcarnari fecit: sed
completo redemptiōis mysterio: hanc manum
in cœlum pater retraxit: cum resurgens a mor/
tuis dominus uidentibus discipulis ad cœlum
potenter ascendit.

Quis est iste qui uenit de Edom tintis uesti/ Hesa·63·. a·
bus de Bosra? Iste formosus ī stola sua: gradiēs

in multitudine fortitudinis suæ. Ego qui lo/quor iustitiam: & propugnator sum ad saluandum. Quare ergo rubrum est indumentum tuum: & uestimenta tua sicut calcantium in torculari? Torcular calcaui solus & de gentibus non est uir mecum.

Expositio.

m ultum enim ualent (ut alibi diximus) Hebraica uerba ad mysterium interpretandum. Edom nanq; terrenus uel rufus siue sanguineus interpretatur: Bosra uero angustia si/ue tribulatio dicitur: in quibus uerbis mirabile de Christo tegitur sacramentũ. Quid enim per Edom nisi Christus Iesus: quid uero per Bosra nisi ipsius domini passio & labores quos dũ fuit in mundo substinuit designãtur? De Edom ergo in Bosram dominus uenit dum sanguine/us & rufus in cruce pendens totum suum san/guinem pro nostra redemptione effudit: ac sic ĩ Bosra recte uenisse dicitur: qui in tribulatione & angustia semper fuit: nunc autem formosus in stola sua id est semper immortalis & impassibilis factus: gradiens in multitudine fortitudinis suæ hoc est in diuinitatis plenitudine: cum patre & spiritu sancto perenniter perseuerans: in æternum gloriosus semper uiuit & regnat in sæcula sæculorum.

Ego dormiui & soporatus sum & resurrexi:qa Psal·3·
dominus suscepit me·
Ideo quasi de somno suscitatus sum & uidi : & Hier·31 ·c·
somnus meus dulcis mihi·
Expecta me dicit dominus in die resurrectio/ Sopho.3.d·
nis meæ in futurum·
Venite & reuertamur ad dominum: quia ipse Ose·6. a.
cœpit & sanabit nos : percutiet & curabit nos:
uiuificabit nos post duos dies:in die tertia susci
tabit nos·

De mirabili domini ascen
sione· cap·xxxiii.

r ecumbentibus undecim discipulis ap/ Mar·16·d.
paruit illis Iesus:& exprobrauit incre· Luc·24·g·
dulitatem illorum & duritiam cordis:
quia his qui uiderant eum resurrexisse a mortu
is non crediderant:& dixit eis: Euntes in mun
dum uniuersum prædicate euangelium omni
creaturæ:qui crediderit & baptizatus fuerit sal
uus erit:qui uero non crediderit condemnabit·
Signa autem eos qui crediderint hæc sequent·
In nomine meo Dæmonia eiicient;linguis loqn
tur nouis:serpentes tollent:& si mortiferũ quid
biberint non eis nocebit . Super ægros manus
imponent & bene habebunt.Eduxit autem eos

foras in Bethaniam:& eleuatis manibus suis be
nedixit eis. Et factum est dum benediceret il/
lis:recessit ab eis & ferebatur in cœlum. Et do/
minus quidē Iesus postq̄ locutus est eis assum/
ptus est in cœlum:& sedet a dextris dei. Et ipsi
adorantes regressi sunt Hierusalē cum gaudio
magno:& erant semper in templo laudantes &
benedicentes deum. Illi autē ꝑfecti prædicaue
runt ubiq; domino cooperante & sermonem cō
firmante sequentibus signis.

Figura prima.

Tob. 12. d. Dixit angelus Raphael ad Tobiam & filium
eius:tempus est ut reuertar ad eum qui me mi/
sit:uos autem benedicite deum:& narrate om/
nia mirabilia eius. Et cum hæc dixisset:ab aspe
ctu eorum ablatus est:& ultra eum uidere non
potuerunt.

Expositio.

a rchāgelus Raphael: qui sanans siue dei
medicina latine interpretatur: Christū
Hesa. 9. b. Iesum (ut alibi dictū est) repræsentat:qui ma
Mala. 3. a. gni consilii angelus:& angelus testamenti dici
tur:& medicina dei recte appellatur; qui de se/

ipso ait: Non est opus ualentibus medicus sed Mat.9. b.
male habentibus: de quo etiam alio in loco scri
bitur: Circuibat Iesus totam Galilææ docens Item.4. d.
in synagogis eorum: & prædicans euangeliũ
regni: & sanans omnem langorem & omnem in
firmitatem in populo. Sicut ergo angelus Ra
phel consumata legatione sua ad deũ a quo mis
sus fuerat receptus est: sic Christus terminato
peregrinationis suæ cursu ac nr̃æ redẽptionis
expleto mysterio: ad dei patris dexteram super
oẽs cœlos discipulis uidentibus eleuatus est.

Figura secunda.

Oritur sol & occidit: & ad locum suum re/ Eccle. 1. a.
uertitur.

Expositio.

q uemadmodnm hic sol corporalis & ui/
sibilis in oriente oritur: ac ortu suo to/
tum illuminat mundum: tendensq; in occiden/
tem statim post eius occasum orbis obtenebre
scit & obscuratur: ita dei filius ab oriente id est
a summo cœlorum habitaculo in mũdum ueni
ens ac de Maria semper uirgine nascens: suo
aduentu uniuersum illustrauit orbem. Ipse nã/
q; est sol iustitiæ: qui illuminat omnẽ hominẽ Ioan. 1. a.

uenientem in hunc mundum: qui tunc occidit: cum in cruce expirauit & in sepulchro positus fuit. Ipso enim moriente tanq̄ hoc sole e mūdo recedente (ueluti Lucas euangelista testatur)
Luc. 23. e. tenebræ factæ sunt in uniuersam terram usq; in horam nonam & obscuratus est sol. De cu/ius occasu id est de Christi morte per psalmistā
Psal. 103. quoq; dicit: Sol cognouit occasum suum: hoc est Christus præsciuit & approbauit mortem suam: qui sponte & uoluntate sua non necessita te occubuit: sed hic sol finito cursu in orientem unde prius discesserat regreditur: sic Christus a mortuis tertia die resurgens post quadragin/ta dies absoluto peregrinationis suæ cursu: in cœlum empyreum id est ad sinū patris & æqua litatē receptus est; quemadmodum ipse prædi/
Ioan. 16. f. xit dicens: Exiui a patre & ueni in mundum: ite rum relinquo mundum & uado ad patrem. De cuius ascēsu etiam in libro psalmorum satis ma
Psal. 18. nifeste memoratur: A summo īquit cœlo egres sio eius: id est a patre deo fuit egressio eius fa/ctus homo: & occursus eius usq; ad summum eius; hoc est ascensio eius usq; ad solium & pa/tris æqualitatem fuit. Bene ergo dicit scriptura. Oritur sol & occidit & ad locum suum reuerti tur. Quia Christus Iesus de illibata uirgine na tus donec in mundo cum mortalibus (sicut pro

pheta prędixit:

pheta prędixit:post hæc in terris uisus est & cũ Bar. 5. d.
hominibus conuersatus est) quasi sol in orien
te emicuit:qui tunc occidit:quãdo a Iudæis(ut
dictum est)crucifixus & occisus fuit:sed a mor
tuis resurgens dominus ad locum suum id est
ad patris thronum unde uenerat reuersus est:
uelut apostolus Paulus perhibet asserens:Qui Ephe.4. b.
descendit ipse est : qui & ascendit super omnes
cœlos ut adimpleret omnia.

Figura tertia.

Tria sunt difficilia mihi & quartum quod peni Pro.30. c.
tus ignoro:uiam aquilæ in cœlo : uiam colubri
super petram:uiam auis in medio mari : Et ui
am uiri in adolescentia : uel(sicut in he/
bræo habetur)uiam uiri in adolescentula.

Expositio.

t ria sunt difficila mihi ait sapiens:quæ sci
licet capacitatem intellectus mei transcẽ
dunt:& quartũ quod penitus ignoro : uidelicet
Via aquilæ in cœlo:per quam uiam Christi as/
census super oẽs cœlos intelligitur.Hanc enim
aquilæ uiam tunc dominus tenuit:cum cernen
tibus discipulis ad æthera est eleuatus ut aqui/
la.Via colubri super petram: quam uiam tẽuit
Christus in sua resurrectione. Christus enim
in cruce suspensus per serpentem uel colubrum

Io . 3 . b. designatur secundum quod dicitur: Sicut exal/
tauit Moyses serpentem in deserto: ita exaltari
oportet filium hominis. Viam ergo colubri su/
per lapidem tenuit: cum de clauso sepulchro in
sua resurrectiõe mirabiliter exiit: & sic uiam co
lubri super lapidem tenuit. Via nauis in medio
mari: hanc quippe uiã Christus in sua conuer/
satione tenuit. Quia in hoc mundo tanq̃ in ma
ri procelloso nimiis pressuris & tribulatiõibus
expositus fuit: quemadmodũ alibi legitur: Fa/
Pro. 31 . b. cta est quasi nauis institoris de longe portãs pa
nem suũ. Nauis institoris hoc est Christi qui
merces suas ac summas diuitias de sua cœlesti
patria in terrã attulit: suam nobis largiens dei/
tatem & nostram accipiens humanitatẽ. Via ui
ri scilicet perfecti in adolescentula id est incar/
natio Christi de uirgine: hic adolescentula uir/
go Maria intelligit: quæ in iuuentute uirtute
sancti spiritus filium dei cõcepit: quod fuit ual
de mirabile atq; ad inuestigandũ ipsi Salomo/
Hes. 53 . c. ni impossibile: unde per prophetam dicitur: Ge
nerationẽ eius qui enarrabit? Ac si diceret: non
solũ impossibile est hũano eloquio exprimere/
quomodo dei filius generat a patre: sed nec etiã
quomodo gẽitus fuit ex uirgie: unde Ioãnes p
pheta & plusq̃ ppheta hoc mirabile mysteriũ
Io . 1 . d. nõ cõprehendẽs ait: Ipse est q post me uẽturus

est:qui ante me factus est:cuius ego nõ sum dignus ut soluã eius corrigiam calciamẽti hoc est mysteriũ incarnationis : de quo magno arcão Hieremias ait:Nouum creauit dñs super terrã: Hier. 31. d.
mulier circundabit uirum:& dicit uirum: quia Christus ĩ utero uirginis fuit uir perfectus sciẽtiis & uirtutibus ab instãti conceptiõis: & in natiuitate exiit clauso utero uirginis : Et ideo hanc uiam uiri in adolescentula dicit Salomon esse quartũ quod penitus ignorat. Nã de nulla alia uia uiri potest ratiõabiliter dici:q fuerit Salomoni totaliter ignota: cũ habuerit scientiam infusam de naturis omniũ animaliũ & plantarum usq; ad minima. Patet itaq; hæc Salomonis uerba non secundum literam debere intelligi:sed secundum allegoricum sensum:ubi Christi incarnatio de uirgine: eiusdeq; conuersatio in mundo:ac ipsius passio, & sepultura: nec non eiusdem ab inferis resurrectio: & super oẽs cœlos ascensio declaratur.

Figura quarta.

Cumq; ambo simul pergerent Helias scilicet & Heliseus:& incedẽtes sermocinarent: ecce currus igneus & equi ignei diuiserunt utrũq;:& ascendit Helias per turbinem in cœlum. 4. Reg. 2. b.

Expositio.

Iste ascensus Heliæ Christi ascensionem super oēs cœlos præsignauit. Per Heliseum uero Heliæ discipulum apostolorum chorus denotatur. Sicut enim Heliseus ab Helia propheta nullo pacto auelli poterat: sic aposto li a Christi præsentia non poterant separari. Hanc etiam domini ascensionem Enoch tran/

Gen. 5. c. flatus designauit de quo scriptum est: Ambulauitq; Enoch cum deo & non apparuit quia tu/lit eum deus. Et notandum q̄ Enoch transla/tus Helias uero raptus esse memoratur: Chri/stus autem non translatus nec transuectus sed assumptus: quia propria uirtute æthereum cœ

Gregorius lum penetrauit: quoniam ut Gregorius ait. Enoch translatus est per coitum genitus & per coitum generans: raptus est Helias per coitū genitus: sed non iam per coitum generans: quoniam Helias nec uxorem nec filios legitur ha/buisse sicut Enoch: Christus autem assumpt9 est neq; per coitum generatus neq; per coitum generans. Et ideo nec transferri ut Enoch: neq; curru igneo ut Helias de terra leuari Christus indiguit: quia tanq̄ uerus deus & uerus homo de uirgine sine peccati corruptione natus: sua uirtute super omnes cœlos potenter ascendit.

Figura quinta.

Dixit domius ad Moysen:Loquere ad Aaron Leui.16. a.
fratrem tuum ne omni tempore ingrediať san/
ctuarium:quod est in uelum coram propicia/
torio.

Expositio.

p er hunc Aaron ingressum in sanctuari
um in quod summus sacerdos semel tã
tum in anno non sine tamen sanguine ingredie
batur Christi ascensus & eiusdem ingressus in
cœlum figuratus extitit:quemadmodum apo/
stolus exponens ait. Christus autem assistens Heb. 9. c.
pontifex futurorum bonorum per amplius &
perfectius tabernaculnm non manu factum id
est non huius creationis:neq; per sanguinẽ hyr
corum aut uitulorum:sed per propriũ sangui/
nem itroiuit semel in sancta: æterna redemptio
ne inuenta.

Reuertere similis esto dilecte mi capreæ hinnu Cant. 2. d.
loq; ceruorum super montes Bethel.

Expositio.

b ethel enim domus dei uel tabernaculũ
dei interpretatur:in quod Christus Ie/
sus a mortuis resurgens gloriosus migrauit: at
q; super montes Bethel id est super omnes ange
lorum ordines ad dexteram patris consessurus
ascendit.

Item . 8 . d. Fuge dilecte mi:& assimilare capreæ hinnuloq; ceruorum super montes Aromatum.

Psal.107. Exaltare super cœlos deus & super omnem terrā gloria tua:ut liberent dilecti tui.

Item.23. Attollite portas principes uestras & eleuamini portæ æternales:& introibit rex gloriæ. Quis est iste rex gloriæ? Dn̄s fortis & potens dominus potens in prælio.

Item.117. Aperite mihi portas iustitiæ ingressus in eas confitebor dn̄o: hæc porta domini iusti intrabunt in eam.

Item.46. Ascendit deus in iubilo:& dn̄s in uoce tubæ.

Item.17. Et ascendit super Cherubin & uolauit:uolauit super pennas uentorum.

Item.67. Psallite deo nostro psallite:psallite regi nostro psallite. Cātate deo psalmū dicite nomini eius: iter facite ei qui ascendit super occasum: dominus nomen illi. Ascendisti in altum:cœpisti captiuitatem:dedisti dona hominibus. Regna terræ cantate deo:psallite domio:psallite deo qui ascēdit sup cœlum cœli ad orientē.

Item.18. A summo cœlo egressio eius:& occursus ei9 usq; ad summum eius.

Item.96. Quoniam tu dominus altissimus super omnem terram:nimis exaltatus es super oēs deos.

Qui ponis nubem aſcenſum tuũ: qui ambulas ſuper pennas uentorum. Item.103.

Eleuata eſt magnificentia tua ſuper cœlos. Item.8.

Deſerta eſt omnis lætitia: tranſlatum eſt gaudium terræ. Heſa.24.b.

Trahe me poſt te: curremus in odorẽ unguentorum tuorum. Can.1. a.

Quo abiit dilectus tuus o pulcherrima mulierum? quo decliauit dilectus tuus & quæremus eum tecum? Item.6. a.

Dilectus meus deſcendit in hortum ſuum ad areolam aromatum: ut paſcatur in hortis & lilia colligat. Ibi.6.a.

De authoritatibus noui teſtamenti de aſcenſione domini.

c hriſtus aſſiſtens pontifex futurorũ bonorum per amplius & perfectius tabernaculum non manu factum id eſt non huius creationis: neq; per ſanguinem hyrcorũ aut uitulorum ſed per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta æterna redemptione inuenta. Hebre.9.b.

Vbi p̃curſſor ꝓ nobis ĩtroiuit Ieſus ſecũdũ ordinẽ Melchiſedech põtifex factus in æternũ. Item.6. d.

Ephe·4·b· Propter quod dicit: Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus. Quod autem ascēdit: quid est nisi quia qui descendit ipse est: qui & ascendit super omnes cœlos ut adimpleret omnia?
Psal·67.

Hebr·7·d· Et alii quidem plures facti sunt sacerdotes iccirco q̄ morte prohiberentur permanere: Iesus autem eo q̄ maneat in æternum sempiternum habet sacerdotium: unde & saluare in perpetuum potest: accedens per semetipsum ad deum semper uiuens ad interpellandū pro nobis· Talis enim decebat ut nobis esset pontifex: sanctus: innocens: impollutus: segregatus a peccatoribus & excelsior cœlis factus·

Apo·20·c· Et uidi thronum magnum candidum & sedentem super eum: a cuius conspectu fugit terra & cœlum·

Heb·7·b· Habentes ergo pontificem magnum qui penetrauit cœlos Iesum filium dei: teneamus spei nostræ confessionem. Non enim habemus pontificem: qui non possit compati īfirmitatibus nostris: tentatum autem per omnia pro similitudine absq; peccato· Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ eius: ut misericordiam consequamur: & gratiam inueniamus in auxilio oportuno·

De missione

De missione spiritus san
cti hoc est de die penteco
stes, cap·xxxiiii·

d um complerentur dies pentecostes: Actu·2, a·
erant omnes discipuli pariter in eodem
loco: & factus est repente de cœlo so
nus tanq̃ aduenientis spiritus uehementis: &
repleuit totam domum ubi erant sedentes. Et
apparuerunt illis dispertitæ linguæ tanq̃ ignis:
seditq; super singulos eorum: & repleti sunt om
nes spiritu sancto: & cœperuut loqui uariis lin
guis pro ut spiritus sanctus dabat eloqui illis·

Figura.

Apprehendent septem mulieres uirum unum· Hesa·4· a·

Expositio.

h æc pauca uerba prophetæ spiritu quidē
& uita plena sunt: ideo secundum spiri
tualem intelligentiam ac secundum mysticum
sensum enucleari necesse est. Caro nanq; non Io· 6· g·
prodest quicq̃: spiritus enim est qui uiuificat·
Per septem ergo mulieres (quemadmodum om
nes doctores comuniter tenent) septem spiri/
tus sancti gratiæ designantur: per uirum autē
Christus Iesus intelligitur: perhibente prophe

Zac. 6. c. ta qui ait:Ecce uir oriens nomen eius. Mulie-
res enim dicuntur dona spiritus sancti non pro
pter sexum:sed propter fœcunditatem bonorũ
operum quæ producunt: unde iccirco septem
dicuntur spiritus sancti data:quoniã nũerus se
ptenarius pfectioné importat & significat uni
uersitatem: quia hæc dona omnium bonorum
affluentiã gignunt:ac oẽs alias gratias & uir-
tutes in se cõcludunt & cõtinent: quẽadmodũ
in Apocalipsi de hoc septenario nũero scribit:
Apo. 1. a. Tempus.n.prope est: Ioann es scripsẽ ecclesiis
quæ sunt ĩ Asia. Per quas septem ecclesias tota
uniuersalis ecclia ad quã spiritus sanctus p Ioan
nẽ scribebat designat. Septẽ itaq; mulieres (ut
dictũ est) septẽ sunt gratiæ spiritus sancti: de q
bus Hesaias uates alio in loco apertius loquit.
Hes. 11. a. dicẽs:Egrediet uirga de radice iesse: & flos de
radice eius ascendet:& requiescet super eũ spũs
dñi:spiritus sapientiæ & intellectus: spũs consi
lii & fortitudinis;spũs sciẽtiæ & pietatis: & re-
pleuit eũ spũs tĩoris dñi. Quæ nimiꝝ spũs scti
dona multimode tã in ueteri pagina q̃ etiam in
nouo testamẽto designata fuerũt. In primis nã
Ex. 37. c. q; figurata fuerũt p septẽ lucernas:q(sicut scri
ptũ est)in tẽplo dñi ardebant quotidie. Itẽ per
Pro. 9. a. septẽ colũnas quẽadmodũ p sapientẽ scribitur:
Sapiẽtia ædificauit sibi domũ; excidit colũnas

ſeptẽ. Item prænotata fuerunt per ſeptem ocu Zac.3. d.
los in uno lapide: ſic ſpũs ſancti dona pleniſſi
me extiterunt in Christo: qui eſt lapis angula/ Eph.2. g.
ris & fecit utraq; unũ: in quo (ut apoſtolus ait) Heſ.28. d.
inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corpora Col.2. b.
liter. Præſignata etiam fuerũt per ſeptem filios Iob.1. a.
Iob: uelut beatus Gregorius in primo moraliũ
libro exponit. In lege quoq; gratiæ ſignificata
fuerũt hæc ſancti ſpũs dõa per ſeptem ſtellas:
quas uidit euangeliſta Ioannes in dextera filii Apo.1. c.
hominis. Item per ſeptem lampades ardẽtes an Item.4. b.
te thronũ dei. Hanc etiam ſeptiformem gratiã
ſeptem cornua ac ſeptem oculi agni occiſi nec Item 5. b.
non illi ſeptem panes deſignarũt: qbus dñs (ut Mat.15. d.
in euangelio legit̃) magnã turbam mirabiliter Mar.8. a.
pauit. Hæc etiã dona ſunt illi ſeptẽ ſpiritus dei Apo.5. l.
miſſi in oẽm terram contra ſeptem ſpũs nequã:
de quibus in euãgelio legitur: Vadit ſcilicet ſpi Mat.12. d.
ritus inmundus & aſſumit ſeptẽ ſpũs ſecũ ne/
quiores ſe: & habitant ibi: ſic ſeptẽ gratiæ ſpũs
ſancti ſunt cõtra ſeptẽ pcã mortalia: qbus totũ
humanũ genus ĩpugnat̃. Nã donũ timoris ex
pellit ſuperbiã: ſpũs ſciæ pellit ſpũm iræ: ſpũs
pietatis inuidiã diſſipat: ſpũs conſilii fugat ſpiri
tum auaritiæ: ſpũs fortitudinis illuminat ſpũm
triſtem accidiæ: ſpiritus autem intellectus Gu/
læ ſpiritum refrenat: ſpiritus uero ſapientiæ

obruit & extinguit luxuriæ teterrimum spiri/
tum. Quæ spiritus sancti dona quis fuerint in
prophetis & sanctis uiris legis antiquæ: tamen
copiosius & abundantius apostolis & catholi/
cis uiris in lege gratiæ confluxerunt: quādo do
minus noster Iesus Christus post sanctam suā
super omnes cœlos ascensionem promissum spi
ritum sanctum in filios adoptionis effudit: Si/
Psal.67. cut psalmografus prædixit dicēs: Ascendisti in
altum cœpisti captiuitatem: accepisti dona in
hominibus. Quemadmodum de hoc spiritu do
Io.14. b. minus sæpe pollicitus est dicens: Ego rogabo
patrem & alium paraclitum dabit uobis ut ma
neat uobiscum in æternum: spiritum ueritatis
quem mundus non potest accipere: et iterum:
Item.15. d. Cum autem uenerit paraclitus quē ego mittā
uobis a pr̄e spiritū ueritatis q a pr̄e ꝓcedit: ille
testimoniū perhibebit de me. Tunc adimpletū
Iohe.2. f. fuit quod propheta uaticinatus est dicens: In
die illa effundam spiritum meum super omnē
carnem: & prophetabunt filii uestri & filiæ ue/
Amos.9. b. stræ: et illud: In illa die stillabunt montes dul
cedinem & omnes colles culti erunt. Tunc etiā
Zach.14. b. illud Zaccharíæ completum fuit dicentis: In il
lo die exibūt aquæ uiuæ de Hierusalem. Aquæ
enim uiuæ spiritus sanctus est: quemadmodū ī
Apo.22. a. Apocalypsi scriptū est: Et ostēdit mihi fluuiū

aq̄ uiuæ tanq̄ crystalli ꝓcedētē de sede dei & a/
gni. Fluui9 nāq; iste quē Ioānes uidit cui9q; im
pet9 lætificat ciuitatē dei: spūs sanct9 est: q a pa Psal. 45.
tre & filio cōtinue & æqualiter procedit: de qua
aqua spiritum sanctum significante in euange/
lio quoq; aperte describitur: Qui credit in me si Io. 7. f.
cut dicit scriptura flumina de uentre eius fluēt
aquæ uiuæ. Vnde mox euangelista exponens
subdidit dicens: Hoc autem dixit de spiritu quē
accepturi erant credentes in eum.

Et effundam super uos aquam mundā & mun Eze. 36. e.
dabimini ab omnibus inquinamentis uestris: &
ab uniuersis idolis uestris mundabo uos; & da
bo uobis cor nouum; & spiritum nouum ponā
in medio uestri. Et auferam cor lapideū de car
ne uestra & dabo uobis cor carneum & spiritū
meum ponam in medio uestri.

In die illa exibunt aquæ uiuæ de Hierusalem: Zac. 14. b.
medium earum ad mare orientale & medium
earum ad mare nouissimū: in æstate & hyeme
erunt: & erit dominus rex super omnem terrā.
In die illa erit dominus unus; & erit nomen ei/
us unum.

Filiæ syon exultate & lætamini in domino deo Iohe. 2. f.

uestro: quia dabit uobis doctorem iustitiæ: & descendere faciet ad uos imbrem matutinum & serotinum sicut a principio: & infra: Et erit post hæc effundam spiritum meum super omnem carnem: & prophetabunt filii uestri & filiæ uestræ. Senes uestri somnia somniabunt: & iuuenes uestri uisiones uidebunt: sed & super seruos meos & ancillas in diebus illis effundã spiritum meum.

Hes.44.a. Effundam spiritum meum super semen tuum: & benedictionem meã super stirpẽ tuam.

Item.30.f. Spiritus eius uelut torrens inundans, usq; ad medium collis ad perdendas gentes in nihilũ: & frenum erroris qđ erit in maxillis populo℞.

Amos.9.b. In die illa stillabunt montes dulcedinem: & omnes colles culti erunt.

De assumptione beatissimæ Mariæ uirginis & de laudibus eiusdem. cap.xxxv.

Figura prima.

3.reg.10.a. Ingressa est regina Sabba Hierusalem multo

cum comitatu & diuitiis:& uenit ad regem Sa
lomonem.

Expositio.

p er hunc reginæ Sabbæ ingressum in
Hierusalem:quæ regina Sabba eloquē
tia interpretatur uirginis Mariȩ assumptio in
sanctam ciuitatem cœlestis Hierusalem desi/
gnatur: de qua regina dicitur in psalmo: Asti/ Psal.44.
tit regina a dextris tuis in uestitu deaurato cir
cundata uarietate. Quæ ad suum dilectum re
gem Salomonem id est Christum lætabunda
migrauit:ubi pro nobis aduocata & mundi gu
bernatrix effecta: semper pro humano genere
ad deum interpellat.

Figura secunda.

Et abscidit Iudith caput Holofernis & reuersa Iudith.13.b.
est Hierusalem.

Expositio.

i udith quæ glorificans interpretatur: &
quæ Holofernem occidit ac ipso iterfe/
cto Hierusalem reuersa est:beatæ uirginis Ma
riæ figura & typus extitit:quæ diabolum uicit
& uenenati caput serpentis contriuit:ac glo/
riosa super omnes creaturas effecta: cœlestem
ciuitatem Hierusalē iubilātibus angelicis cho
ris ingressa est.

Gen·3· c· Inimicitias ponam inter te & mulierem & se/
men tuum & semen illius : ipsa conteret caput
tuum·
Cui mulieri est reseruata hæc uictoria nisi Ma
riæ ? ipsa procul dubio caput contriuit uenena
ti:quæ omnimodam maligni suggestionem tã
de carnis illecebris q̃ de mentis superbia dedu
xit ad nihilum:cuius fortitudinem & mirã uir/
Pro·31· a· tutem Salomon admirans clamabat dicẽs:Mu
lierem fortem quis inueniet ? procul & de ulti/
mis finibus precium eius · Nouerat quippe sa/
pientissim9 Salomon ; & domium sic promisis
se legerat:ac ita cõgruere uidebatur:ut qui per
fœminam uicerat:per fœminam quoq; uincere
tur hoc est per Mariam uirginem:quod bene
Iudic·4·d· per Iabel illam mulierem Hebręam pręfigura
tum fuit:quę clauo & malleo Sisaram inimicũ
populi Israel peremit:& pacem maximam Iuda
ico populo fecit : sic uirgo Maria per mediato
rem nostrum Christum superbum diabolum
humanæ generationis teterrimũ hostem inter/
fecit:& totum orbem tranquillauit.

Apo·12·a· Et signum magnum apparuit in cœlo mulier
amicta sole:& luna sub pedibus eius:& in capi/
te eius corona stellarum duodecim.

Surge ꝓpera

Surge propera amicā mea columba mea formo Can. 2. d.
ſa mea & ueni.

Surge propera amica mea ſpecioſa mea & ue/ Item. 2. d.
ni:Columba mea in foraminibus petræ in ca/
uerna maceriæ. Oſtende mihi faciem tuam ſo/
net uox tua in auribus meis;uox enim tua dul/
cis & facies tua decora.

Quam pulchra es amica mea q̃ pulchra es:ocu Item. 4. a.
li tui columbarum abſq; eo quod intrinſecus
latet.

Veni de libano ſoror mea ueni de libano ueni; Item. 4. c.
coronaberis.

Veni in hortum meum ſoror mea ſponſa. Item. 5. c.

Quæ eſt iſta quæ aſcendit per deſertum ſicut Item. 3. d.
uirgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris
& uniuerſi puluer is pigmentarii?

Quæ eſt iſta quæ progreditur quaſi aurora cō Item. 6. d.
ſurgens:pulchra ut luna electa ut ſol: terribilis
ut caſtrorum acies ordinata?

Quæ eſt iſta quæ aſcēdit per deſertum delitiis Item. 8. b.
affluens:innixa ſuper dilectum ſuum?

Introduxit me rex in cellam uinariam. Item. 1. a.

Trahe me poſt te;curremus in odorem unguē Item. 1. a.
torum tuorum.

Aſtitit regina a dextris tuis in ueſtitu deaura/ Pſal. 44.
to circumdata uarietate.

Ibi. Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis.

3.Reg.2.c. Positus est thronus matri regis: quæ sedit ad dexteram eius.

Item.2. c. Pete mater mea: neq; enim phas est ut auertam faciem tuam.

Psal.85. Sanctificauit tabernaculum suũ altissimus: deus in medio eius non cõmouebitur.

Pro.11: b. Mulier gratiosa inuenit gloriam.

Iudit.15.a. Tu gloria Hierusalem: tu lætitia Israel: tu honorificentia populi nostri: quæ fecisti uiriliter: eo q castitatem amaueris: & ideo eris benedicta in æternum.

Item.13. f. Benedicta es tu filia a domino deo excelso præ omnibus mulieribus.

Item.13. c. Benedictus dominus deus qui creauit cœlũ & terram: qui te direxit in uulnera capitis principis inimicorum nostrorum: quia hodie nomen tuum ita magnificatum est: ut non recedat laus tua de ore hominum.

Item.13. c. Benedixit te domius in uirtute sua: quia per te ad nihilum redegit inimicos nostros.

Luc.1. d. Benedicta tu in mulieribus & benedictus fructus uentris tui.

Item.11.d. Beatus uenter qui te portauit & ubera quæ suxisti.

De pulchritudine Chri
sti. cap.xxxvi.

a Ssumpsit Iesus Petrum & Iacobum & Ioannem fratrem eius:& duxit illos in mõtem excelsum seorsum solos ut oraret:& transfiguratus est ante illos:& facta est dum oraret species uultus eius altera & resplenduit facies eius sicut sol:uestimenta autem eius facta sunt alba & candida splendida nimis uelut nix:& qualia fullo non potest candida facere super terram. Et ecce duo uiri apparuerunt eis Moyses & Helias cum eo loquentes uisi in maiestate:& dicebant excessum eius:quem cõpleturus erat ĩ Hierusalem. Petrus uero & qui cum illo erant:grauati erant somno:& euigilãtes uiderunt maiestatem eius & duos uiros qui stabant cum illo. Et factum est dum discederent ab illo:respondens Petrus dixit ad Iesum: Domine præceptor bonum est nos hic esse: si uis faciamus hic tria tabernacula: tibi unum: Moysi unum & Heliæ unum:non enim sciebat quid diceret: erant enim timore exterriti. Adhuc autem illo loquente ecce nubes lucida obumbrauit eos; & timuerunt intrantibus

Mat.17.a.
Mar.9.a.
Luc.9.d.

illis in nubem & ecce uenit uox de nube dicẽs:
Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi bene
complacui:ipſum audite. Et audiẽtes diſcipuli
eius ceciderunt in faciem ſuam:& timuerũt ual
de. Et acceſſit Ieſus & tetigit eos: dixitq; eis:
Surgite & nolite timere. Et dum fieret uox le/
uantes oculos & circumſpicientes neminẽ uide
runt amplius niſi Ieſum tantum ſecum:& inuẽ
tus eſt Ieſus ſolus. Et deſcẽdentibus illis de mõ
te præcepit illis Ieſus dicens: Nemini dixeritis
uiſionem:donec filius hoĩs a mortuis reſurgat.

Figura.

Gen.39.b. Erat autem Ioſeph pulchra facie & decorus aſ/
pectu.

Expoſitio.

Ioſeph qui domini iuſtus dicitur: et qui
in cunctis fere geſtis ſuis imago & typ9
Chriſti extitit:per miram pulchritudinem ſuã
Pſal 44. dominum Chriſtum deſignat:qui utiq; ſpecio/
ſus forma fuit præ filiis hominum:cuius tanta
.Pet.1.c. eſt ſpecioſitas ineffabilis:ut in eum angeli ſem/
per proſpicere cõcupiſcant. Qui pulcher & for
moſus fuit in corpore:pulchrior & ualde com/
poſitus in moribus: pulcherrimus & gra/
tioſiſſimus in doctrina & predicatione: de
Luc.4. d. quo ſcriptum eſt: Mirabantur omnes in uer
bis gratiæ quæ procedebant de ore eius: & ali/

bi: Qui fuit uir propheta potens in opere & sermone coram deo & hominibus. Item·24·c·

Ecce tu pulcher es dilecte mi & decorus· Can·1· d·

Dilectus meus candidus & rubicundus electus ex millibus· Item·5· d·

Species eius ut libani electus ut cedri· Item.5: d·

Guttur illius suauissimum: & totus desiderabilis· Item.5· d·

Pulchriores sunt oculi eius uino: & dentes eius lacte candidiores· Gen·49·b·

Speciosus forma præ filiis homīum: diffusa est gratia in labiis tuis· Psal·44·

De reprobatione Iudæorū: & gentium uocatione ad fidem Christi cap· xxxvii·

Figura prima·

Homo quidam habebat duos filios: & accedēs ad primum dixit: Fili uade hodie operari in uineam meam· Ille autem respondens ait: Nolo· Postea autem pœnitentia motus abiit· Accedēs autem ad alterum dixit similiter: at ille respondens ait: Eo domine: & non iuit: Quis ex duobus fecit uoluntatem patris? dicunt ei: Primus· Dicit illis Iesus: Amen dico uobis: quia publicani & meretrices præcedent uos in regno dei· Mat·21· c·

Figura secunda.

Ibi.d. Homo erat pater familias: qui plantauit uineã & sæpe circumdedit ei: & fodit in ea torcular: & ædificauit turrim: & locauit eã agricolis: & pegre ꝓfectus est. Cũ aũt tp̃s fructuũ appropinquasset: misit seruos suos ad agricolas ut acciperent fructus eius: & agricolæ app̄hẽsis seruis eius aliũ cæciderũt: aliũ occiderũt: alium uero lapidauerunt. Iterum misit alios seruos plures prioribus & fecerunt illis similiter. Nouissime aũt misit ad eos filiũ suũ dicẽs: Verebunť forte filiũ meũ. Agricolæ aũt uidẽtes filiũ dixerũt ĩtra se: Hic est heres: uẽite occidam9 eũ: & habebimus hęreditatẽ eius. Et apprehensum eũ eiecerũt extra uineã & occiderũt. Cũ ergo uenerit dominus uíeæ: quid faciet agricolis illis? aiũt illi: Malos male ꝑdet: & uineã suã locabit aliis agricolis: qui reddãt ei fructus temporibus suis.

Psal.117. Dicit illis Iesus: Nunq̃ legistis in scripturis: Lapidem quem reprobauerunt ædificãtes: hic est factus ĩ caput anguli? A dño factum est istud: & est mirabile in oculis nostris? Ideo dico uobis: quia auferet́ a uobis regnum dei: & dabiť genti facienti fructus eius: & qui ceciderit super lapidem istum: confringetur: super quẽ uero ceciderit: conteret eum.

Expositio.

q uamuis ab origine mundi diuersimode in cunctis antiquæ legis codicibus figuratũ fuerit:ac (ut infra in hoc capitulo diffusi9 patebit)per oẽs ꝓphetas longe ante ꝑdictũ:ꝙ Iudæoꝝ populus ob sui incredulitatem & duritiã cordis reprobãdus atq; eiiciẽdus eẽt a deo: tñ in nouo etiã testamẽto potissimũ ĩ euãgeliorũ uolũinibus hoc idẽ a dño ptim apte partim quoq; figuraliter & parabolice sæpissime ꝑnuntiatũ fuit:quẽadmodũ in ꝑdictis parabolis luculẽtissime patet:in qbus Iudæoꝝ reprobatio & gentiũ ad fidẽ Christi uocatio designata fuit. Nã p secundũ genitũ illũ q ad uineę culturã ire cõtempsit dicẽs:Eo dñe:& nõ iuit:ac p illos agricolas q seruos hoc ẽ ꝓphetas & sanctos uiros a deo missos:nec nõ & filiũ pr̃is familias extra uineã occiderũt hoc est Christũ dei filiũ extra Hĩrem crucifixerũt:sicut apl̃s phibet dicẽs: Propter qđ & Iesꝰ ut sctificaret p suũ sanguinẽ populũ extra portã passꝰ ẽ:Iudayci populi damnatio figurata est: p primum autem genitum qui ad uineã pr̃is hoc est in sinũ catholicæ ecclesię & ad Christi fidẽ accessit: gentiũ salus ꝑsignata fuit:quas quidẽ parabolas per singula enucleare breuitatis studio prætermitto: tum quia claræ sunt & expositione non indigent; tum etiam quoniam ad difficiliora Heb.13. b.

declaranda festino Itaq; significata etiam fuit reprobatio Hebræorum & gentium uocatio in illa parabola filii prodigi secundo geniti & filii primogeniti:quemadmodum in euangelio sa/tis diffuse tractatur: qui primogenitus fratris aduentum intelligens domum patris id est ecclesiam Christi quam filius prodigus ingres/sus fuerat:intrare nolebat:at postea ad patris p̄

Rom·11·c· ces primogenitus ingressus est: quoniam cum concursus populorum fuerit ad deum:quando scilicet intrauerit plenitudo gentium:tunc om/

Hes·10· c· nis Israel saluus erit:sicut per Hesaiam prædi/ctum fuit: Si enim fuerit populus tuus Israel quasi arena maris:reliquiæ conuertentur ex eo· Item figurata fuit in parabola illius diuitis epu

Luc·16· d· lonis & pauperis Lazari· Homo nanq; iste di/ues qui purpura indutus & bisso describitur populum Iudaicum significat:qui uitæ cultum exterius habebat:& acceptæ legis diuitiis ac de litiis ad nitorem tantum & pompam non autē ad utilitatem utebatur· Lazarus uero ulcerib9 plenus gentium populum peccatis plenum de/signat:de quo paupere & egeno populo in psal

Psal·112· mo dicitur:Suscitans de puluere egenum:& de stercore erigens pauperem· Qui recte leprosus fuisse fert: quia peccatorum punctionibus sauciatus extitit:sed uenientes canes lingebant ulce

ra eius

